No VITT. EMANUELE
Digitized by Google

NAZIONALE
41
7 A
27
ROMA
VITT. EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

1 2.5.32.

I
22
A

11-14.H.17.

37-9.D.19.

RATIONALE IESVITICORVM.

QVO CHRISTI FIDELES, RATIONES AFFECTVS IN Societatem, quam vocant Ieſu, docentur:

Per ſeptem Dialogos Ieſuitæ & Canonici

à RHEMINGINO NAVNTELIO.

Sacro Pariſienſi PARLAMENTO, Regnorum omnium Curijs longè venerando

Obſeruantiæ ergò

DICATVM.

VTISLAO GENESIO NOBILI PRIMARIO POLONO.

RHEMIGInus Nauntelius, Danus. S. P.

QVOD húcuſque, Vtislae amiciſsime, candidæ, vt ita dicam, improbitati ac importunitati tuæ ſurdum me præbuerim, ratio non vna aut altera tantùm, ſed plures, neque eæ quidem leues, fuêre Principiò enim poſtulata per te res difficilis in ſe ipſa non mihi minùs videbatur, quàm facilis indicabatur à te, qui in tuto conſtitutus, de meo periculo placidum ſpectaculum inſtitui deſiderabas; Etſi magìs te credam aman-

tem mei, quàm vt inter exagitati cornua tauri deſpicere me velles.

Nam contra Patres Societatis IESV, (quos Matri noſtræ Eccleſiæ Romanæ, velut alterum, NOLI ME TANGERE, eſſe noſti) conteſtari litem, adducere teſtes, Inſtrumenta proferre, & vulgare ſcripta, (quod petebas) non adeò parui momenti aut negotij æſtimandum fuit, vt manus citò operi admoueretur, pro amici pruritu aut laſciuia; ab eo præſertim, qui non quidem ſolùm ſuis, ſed alienis etiam medijs ac teſtimonijs, vſurus in cauſſa eſſet.

I.

PENSANDA ſedulò rei veritas & ſubſtantia mihi fuit: examinandum Partium ingenium; probanda veriſimilitudo obiectorum; diſcutiendæ vtriuſquè interlocutoris rationes; in ordinem deniquè & methodum aliquam redigenda fuit altercatio illa prolixa & confuſa Ieſuitæ & Canonici, quam ab amico, in interiori Germania receptam, pòſt reditum

tum ex Archiducis Erneſti comitatu, ad te legendam miſi. Atque hoc quidem fuit primum, quod me, ad inſtantes preces & petitiones tuas de edendo Colloquio illo, fecit ad tempus diſsimulare; Nec immeritò; cum alioqui in me fuerint cruditas, indigeſtio, ſuſpicio, liuor, dubia & vitia diſceptationis omnia reijcienda: Quippe qui proprios Auctores non potis prodere, ipſe pro vero rei auctore habendus eſſem.

I I.

VNdè & oriebatur mihi, ſecundo loco ponendus, neſcio quis aut qualis timor, ne, in me vniuerſa Societatis IESV Religio & Ieſuiticorum Communio inſurgens, odijs, dictis, factis, ſcriptis ita oppugnaret factum, vt Auctor non poſſem vſpiam aut vnquam, quietus tutusve degere.

I I I.

DEindè, non leuiter abſterrebat me Principum quorundam, (quos reuerenter amo & obſeruatos volo,) magnitudo; qui vt ſunt iſti Societati IESV deuotè addicti, grauiter accepturi eſſent quantúmuis iuſtam mordacitatem, aut ſpeciem, genusvè detractionis in illam.

IIII.

POſt, cúm præuidebam replicandum mihi neceſſariò fore ad reſponſionem & confutationem alicuius, fortaſſe ex iſta Societate, acerrimi defenſoris; erat mihi certè hærendi ratio non minima.

V.

ET, ne te morer pluribus, vnum illud ſcandalum paruulorum, tantoperè & totiès à Spiritu Sancto inculcatum, ità me hucuſq; tenuit, vt neſciam, quid non potiùs feciſſem quàm hoc, quò illud vitarem.

Sed habes tandem, Vtislae, his non obſtantibus, Apoſtolos illos tuos, vt in Canonibus dicitur, inſtantèr, inſtantiùs & inſtantiſsimè poſtulatos: Quos placuit pręlo datos tibi dimittere ac emittere nunc, cum Gallia emiſit eoſdem ex ſe; ſi vera ſunt, quæ recèns ex eo Regno feruntur & paſsim typis mandata in fidem publicam venditantur.

Quæ quidem vehementiſsimè impulerunt, & penitùs coëgerunt me, vt pro votis tuis ſcrupulos meos omnes amouerem.

Et primum aggreſſus, diligenter ad finem vſque perduxi, quod iam inceperam, de perpendendo, examinando, mundando, probando, & ordinando Colloquio: Quod, vt vides, in ſeptem Dialogos diuiſi.

Vtrum verò aptè, dimiſsis etiam ex induſtria communibus pinguibusq́ue quibuſdam loquendi modis, pro perſonarum in hiſtoriolis introductarum, &

 itine-

itinerantium natura, ſicut origo rei fuit, tuum eſto iudicium.

Nec detrectaui ampliùs hîc Auctoris perſonam agere in odioſa materia; quæ vt maximè ſuſpicionem, liuorem vitiumvè præ ſe ferre videatur; bona tamen fide, intentione Chriſtiana, & Dei Zelo tractatur.

Vndè etiam, ad ſecundum á Ieſuitis timendum, occurrit, Quòd ſi propterea, infeſti aliquid durius videndum atque ferendum ſit; conſcientiæ teſtimonium in ea re, cum benignitate Diuina, animũ ſubleuabit.

Quòad Principes verò, qui primo intuitu, curioſitati meæ ſuccenſuri fortaſsè ſunt; certo certiùs ſcio, quòd ſi omnia communia & particularia Ieſuitarum acta, dicta & (ſi fieri aliquomodo poſſet) cogitata, cum iſto Rationali conferre velint, & ſemota nimia neſcio quali affectus paſsione, poſsint; non ſolùm non demerebor apud illos, ſed & gratulabuntur mihi ſincerè.

Quin

Quin & pro quarto ſcrupulo, prouidendum mihi putaui, ne quę, quibus reijci á Ieſuita obiectiones Canonici poſſent, omiſſa facerem: quamvis providerim etiam mihi de reſeruatis quibuſdam ex Canonico, quæ confutationem non iam timendam abundè refutabunt.

Reſtat ſolus ſcandali ſcrupulus: Pro quo obteſtor in DOMINO Ieſu Chriſto, quotquot iſta lecturi ſunt, ne aliter accipiant, quàm, vt in eiſdem habetur, ad Chriſti Fidelium vtilitatẽ, pro augmento Fidei, incremento quoque Eccleſiæ, & gloria Dei.

Et te, Vtislae generoſe atque optime, obnixiús rogo, vt in eundem finem à me accipias; atque contra inſultantes tuteris Opuſculum, quo me voluiſti velut alea ludere, ad primam ſcribendi Fortunam. Vale. Ex Domo XVI. Calend. Februar. CIↃ. D. XCV.

AD LECTOREM.

NEQVE te, Lector, candidum palpare, neque liuidum pungere, nunc eſt meæ curæ. Etenim, candidoliuidum, liuidocandidum cum te habiturus ſim: alterno ſenſu & ſpiritu, pro differentia, ſeu indifferentia tua, pauca hæc ex me habeto. Opuſculo Rationalis Titulum præfigere libuit, quòd inter duos Collocutores rationes rerum propoſitarum dentur, atque reddantur: cauſæ approbandorum & reprobandorum adducantur: fundamenta opinionum & opinatorum exponantur; & denique, quòd rationibus viuis vterque diſputans putet ſe ſtatuere ſuam partem, atque firmare. Et hoc quidem, deſcribendo tantummodo inſcriptionem, dixerim: Nam ſi definitione agendum eſt, Rationale Ieſuiticorum ideo intitulaui, quia rationes hic perſpicuæ & frequentes afferuntur, ob quas & Ieſuitici ad ſaniorem mentem re-

dire

dire debeant, & iſti boni domini & patres Societatis Ieſu meritò (præter eam conſpirationem in Regem, quæ narratur) ex Gallia eiecti ſint, ſintque in Vtopiam, ex toto Chriſtianiſmo, adeó & Mundo, relegandi. Namque non dubito, quin plura eorum conſilia in perniciem Chriſtianæ Reipublicæ & necem Principum Chriſtianorũ, quæ adhuc occultant, manifeſtanda indiès ſint, quibus omnia quæ de ijs iſti Dialogi continent, demonſtratiué verificentur.) Interim, tu mi Lector, vel amicus ſis illorum vel non, caue ab ipſis, ſi credis mihi: Et cum nihil dubitaueris in Opuſculo de his, quæ ad hiſtoriam pertinent, (pro quibus ego apud te ingenuitatis fidem oppignoro) optimè vale.

RATIONALIS IESVITICORVM

Dialogus Primus.

CASV ACCIDIT, VT duo Presbyteri, alter Ieſuita, Canonicus alter, diſsimulato Religioſo habitu equitantes, eâdem die & hora, ex Ciuitate Bruxellenſi, Romam proficiſcerentur. Cumq; Ieſuita poſt egreſſum portæ, ad fundæ iactum præcederet, Canonicus itineris comitem aucupatus, vrgens equum breui ſpacio præcedentem eſt aſſequutus; atq; appropians: Salue, inquit, Domine mi, Tu quoq; mi Domine ſalvus ſis, reſpondit ſalutatus. Quid verò cauſæ, quòd cito hoc curſu properaveris ad nos? Nunquid me noſti, aut aliquo eges meo obſequio? Neq; bonum Dominum, inquit iſte, aliâs noui, neq; aliqua petitione futurus moleſtus accurri, Sed, (quæ eſt itinerantium conſolatio) ſocium in via humanum deſiderans, ſocium me tibi offer-

re volui, niſi id moleſtè fortaſſe accipias. Nequaquàm, inquit Ieſuita, Domine mi, chariſsime; quin potiùs ſocietas veſtræ Dominationis erit mihi gratiſsima: Atquè vtinàm poſsit eſſe diuturna; nam perlongam ego aggredior viam. Dij boni, exclamat Canonicus, quàm fęlicitèr incęptum mihi eſt hodiè hoc iter, & quàm non incaſsùm Domine mi, cùm te proſpexi, properè inſecûtus ſum, neſcio quid non boni de te promittente mihi animo meo! Sed nunquid in ſuperiorem Germaniam?

IESVITA.

Imò in Italiam per Germaniam tendo, ſi placet Deo.

CANONICVS.

Romam nè?

IESVITA.

Romam.

CANONICVS.

Atqui ego famulatum tibi in ea peregrinatione promitto, nam & eò contendo: Et quidem expertus hodiè, quantùm preces ex Æccleſiaſtica inſtitutione valeant apud Deum; Siquidèm perlecto Itinera-

nerario Clericorum in exitu Ciuitatis, & ſpecialiter poſtulans, vt extraneo mihi itneris inexperto, linguarum imperito, miſericorditèr prouideret Deus de comi te pio, quocùm & loqui & prolixi itineris tædia leuare poſſem, te ilicò aſpexi, de ſideraui, ſecutus conſecutusq́, ſum; virum quidem, vt cor præſagit, atq; videre eſt, rerum linguarumq; peritum, & tàm benigni ac humani aſpectus, vt nullus mihi maiori vel amore vel reuerentia videatur dignus.

IESVITA.

Eadem certè, quæ Dominus meus in Chriſto chariſsimus oraſſe ſe optauiſſeq; dicit, oraui optauiq; ego: niſi quòd de experientia itineris & linguarum nihil ſollicitabar. Nam Germanus ego cùm ſim, & aliquandiù in Italia commoratus, neq; id quidem ſemel tantùm, ſatis commodè regiones has ſcio & poſſum pertranſire. De comitatu verò, Catholico imprimis, honeſto deinde, ſatis eram ſollicitus, cùm experientia doctus ſim, paucos tales hiſcè in itineribus obuios haberi.

Sed vt ex verbis animiq; motibus Do-

mini mei in Chriſto chariſsimi, conijcio & iudico, ſocium per Dei gratiam nactus ſum, & Catholicum, & fortaſsè non alienum ab Ordine Æccleſiaſtico, cuius ſe dicit itinerarias preces perlegiſſe. Sed nunquid fallor, Domine mi chariſsime in Chriſto?

CANONICVS.

In nullo tu potes decipi vir perſpicax atq; doctiſsime. Sed vt ad hæc adeò ſingularia non deſcendamus tàm citò, aliquantulùm magìs vniuerſalia intterogemus aiterutrum, ſi placet.

IESVITA.

Vt placet Domine in Chriſto chariſsime; Sed ego iam, non intearogatus, dixi, me eſſe Germanum: Dominus meus cuiuŝ nationis eſt? Si & hoc non putat eſſe ſingulare interrogatũ. Nam & ex his terminis, etiam virum in ſcholaſticis eruditũm, facilè eſt Dominum meum iudicare.

CANONICVS.

Ex Gallia, præclare vir, ego ſum oriundus; & ne ſoliciteris de Prouincia, Sum Britannus; quod & ego non interrogatus

dico,

dico, vt tu etiàm me doceas Prouinciam tuam in Germania.

IESVITA.

Bavarus ego ſum Domine mi in Chriſto chariſsime.

CANONICVS.

Sic ego ſuſpicatus ſum verè, ex quò te Germanum cum bona affectione Catholicum & honeſtatis amatorem ſignificaſti. Namq; ſic fama volitat, gentē eam, Principum ſuorum pietate & vigilantia ita animatā, vt inter Germaniæ Prouincia, hæc in Fidei Religionisq; pietate excellat.

IESVITA.

Sic ſe res habet omninò Sed & hoc ipſum in Prouinciam Domini mi chariſsimi quadrat optimè; nam & Galliam ego noui: & ſcio Brittannos fideliſsimos firmiſsimosq; omnium extitiſſe in Fide & defenſione Catholicæ Religionis. Sed nùm diù eſt, quòd Dominus meus in Chriſto chariſsimus diſcreſsit à ſuis?

CANONICVS.

Eſt fortè menſis, vir honeſtiſsime.

IESVITA.

Et quid noui? Si placet. Narret oro mihi Dominus meus in Chriſto chariſsimus, quandò tantum otij habemus atq; vt ſpero, habituri ſumus, aliquid digni & certi de illis (vt ità dicam) inenarrabilibus Comœdijs, Tragœdijs, Tragicomœdijs (& vt etiàm latinogallica aut gallicolatina pro tædio itineris iocoſa verbula & dicteria compingam) Meneeis, Tintamarris, Piperijs Gallicis huius temporis.

CANONICVS.

Ridere me iubes, vt video, quin & cogis.

IESVITA.

Quidni? Nónne Iucundus comes vehiculum in via?

CANONICVS.

Aſt ego ſuper his non riſum, ſed lacrymas laxo lubentiùs.

IESVITA.

Sed quid, cedò, noui?

CANONICVS.

Recentius patratum ego nihil reliquì in Gallia, quàm quòd receptus ſit Rex

Lute-

Lutetiæ; Sed precor, quandò campi hi tot habent prata, in alio potiùs quàm in hoc expatiemur.

IESVITA.

Prætermittemus hoc quàm citiſsimè, quando ita vis. Sed vnum tantùmmodo de quo vehementer opto certior fieri, dic mihi, ſi placet: Eſtné verum, quod in vulgus ſparſum eſt, quòd, ſcilicet, poſtquàm Rex ille intrauit Lutetiam, inter prima decreta Conſilij magni, quod Parlamentum vocant, vnum illud ſit, quòd Patres Societatis Ieſu debeât toto Regno expelli? Decretum certè, quo nullum magìs impium ac deteſtabile potuit fieri, ſi quidèm factum eſt, quod videtur incredibile.

CANONICVS.

Atquì credere, abſentibus liberum eſt, ſi teſtibus oculatis narrantibus iniurij volunt eſſe: apùd me verò, qui præſens in ea Ciuitate & Curia fui, cum decernendum iſtud intèr Doctores agitaretur, non iam de fide agetur, ſi non credidero, ſed de ſtulta infidelitate, ſi dubitauero.

IESVITA.

Igitur ita eſt.

CANONICVS.

Ità credendum; Atq; vtinàm tali, tamq; efficaci executioni mandetur, vt exemplo Galliæ genus hoc hominum, à ſe expellat totus Orbis terrarum.

IESVITA.

He, he, he, Non es certè illis addictus ſed potuiſſes motum animi tui parumpèr ſupprimere, quouſq; meliùs intellexiſſes, an quæ in eorum fauore contra tale Decretum dixi, irriſoriè an ſeriò eſſent dicta: Nam neq; homines hos ego vehementèr amo, niſi quia video eos vbiq; terrarum magnoperè fructificantes.

CANONICVS.

Et quidem ſi de fructibus agitur, & eos faciunt, priùs, eos vndiq; carptos, comedunt: nec eos vllibì fecerunt, ſi fecerunt, vbi priùs non decerpſerunt. Et ſi libet in hac materia diutiùs immorari, interroga à me rationes dictorum & dicendorum, quandò, vt dicis, liber à paſsione & nimia affectione in illos es, & videbis mirabilia hodie.

IESVITA.

Libe-

Liberum quidem, Domine mi in Chriſto chariſsime, vt puto, pro hac materia me habes, Sed cùm non videam, vſq; adeò liberum te, nollem interrogationibus ſeu reſponſionibus irritare concitatum animũ tuum, vndè affectus moleſtiæ me poſſes habere grauem: nam lætus, conſentiens & placidus volo tibi eſſe ſocius, non contentioſus.

CANONICVS.

Optima quidem verba, ſed eorum, ſi placet, ſenſus diſcutiendus eſt: nam neq; cauſa eſt, cùr tam citò me putes, vel te, perueniſſe in tale diſcrimẽ, vt niſi omninò conſenſeris dictis meis, pro adverſario te habiturus ſim; neq; ſpero, tale quid continget in hoc itinere nobis, vndè metus oriri poſsit, ne, ſi non placentia ad inuicẽm fabulemur, diuidamur, indiſcretè & impiè irati: Hoc ego de me tibi promitto, quòd quocunq; termino vſus fueris in me, verbis præſertim, vſq; adeò amicabilitèr accepturus ſim, vt non alitèr mouear in te, quàm in fratrem germanum; & te ſimilitèr obteſtor, vt itidèm facias in motibus aut dictis meis, de re præſertim vtrî-

què, vt exiſtimo, indifferenti; Nam neq; te Ieſuitam puto, neq; ego aliquando talis fui, vt egreſſus aut eiectus ab illis, cauſas inimicandi habeam.

Sed vt ad examen verborum tuorum veniam: Tu, nil me tale commemorante, ſciſcitatus affectuosè es de iſtis, an verum eſſet, quod audiueras, non credebas, & ſi credendum eſſet, vehementèr deteſtabaris in illos factum. Ego, quia affirmaui, remità ſe habere, additis acrioribus quibusdam verbis (de quibus etiàm tu poteras tardius pronunciare iudicium, diligentiùs inquiſiturus, num etiam ego talia dicerem ex animo neç nè) irriſoriè riſiſti, pronuncians aſſeueranter, me non eſſe illis addictum: atq; illicò magnalia illorum omnia, vno fructificandi verbo comprehenſa, incępiſti decantare; cui cantui muſicum contràpunctum, vt vocant, adijciente me, melodiæ gratia, ſtatim factus ſum tibi Ethnicus & Publicanus, cui non ſit fàs verba reddere, omiſsis alijs duobus medijs conuerſionis meæ, vt ſcilicet me corriperes fraterné apud te ſolũ, vel certè ad Æccleſiam me remitteres, hoc eſt, ad authoritatem rationum efficacium, quibus

bus ego non obaudire non poſſem. Et hæc eſt tota doctrina libertatis tuæ pro materia hac & liuoris mei: niſi non aptè propoſitam cenſes.

IESVITA.

Ego Domine mi, homo ſum; & cùm Humani nihil à me alienum putem, errare facilè poſſum; nec fatebor difficilè, offendere me potuiſſe apud te, & quando iudicaui, (fortaſſe præproperè) auerſum animum tuum à Societate Ieſu; & quando dixi, non eſſe te liberum ità atq; ego, vt placidè ageremus, de impio illo Decreto in Patres hos. Sed quid, obſecro, iudicares tu Domine mi, de homine proferente cum tipho & cothurno pompoſé in viros probos & pios, verba iſthæc: Genus hoc hominum à ſe expellat totus Orbis terrarum. Et: Interroga à me rationes dictorum & dicendorum, videbis mirabilia hodie?

CANONICVS.

Sed quid tu vir prudens ac honeſtiſsime, de pronunciante in fauorē hominum Regnis Prouincijs, Ciuitatibus, Communitatibus omnibus exoſorum, ſimilia verba: Decre-

Decretum certè, quo nullum magìs impium ac deteſtabile potuit fieri, ſi tamen factum eſt, quod eſt incredibile? Præſertìm cùm dicta ſint hæc cõtra vniuerſum Summi terrarum Regni Conſilium, quod totus veneratur ac timet Mundus, & in quo prudentiſsimi æquiſsimiq; Iudices ſedere creduntur. An non iſta fuit verè Blasphemia ſine exemplo? Nam quòd ego ſimile quid pronunciaverim, ſequutus ſum primos Mundi viros Doctores, quibus tu turpem iniuriam irrogaſti; ac illos ſanctiſsimos viros, Papas etiam damnaſti, qui olim & ſæpè in nociuas & inutiles Congregationes & Religiones, ſimiles, atq; etiam abolitionis ſententias tulére. Cur, rogo te, eſt incredibile, quòd tale decretum editum ſit? Eſtné incredibile, quòd tales homines poſsint peccare? Cur nullum aliud deteſtabilius aut magìs impium potuit Decretum edi? Nunquid de Fide eſt iſtos eſſe digniſsimos omnium, & nunquàm demereri? Imò id videntur illi velle ſtatuere, cùm ſe Apoſtolos autenticè vocitant, Socios Ieſu, quaſi ſanctificatos per Spiritum Sanctum.

Sed ille Vliſsiponenſis optimè fecit (ſi ride-

ridere vis parumper) vocatus etiam don Ignatius vt Inſtitutor eorum: qui cum haberet vxorem, vt ipſe dicebat, moleſtã & deſideriosſam, eſſetq; ipſe liber & leuis & fortè apud alias magis laſciuus, agebat ipſa deſolatam vitam apud illum, erat tamen deuotiſsima Ieſuitica: Quam cum iſti Apoſtoli (ſic vocantur in illo Regno Luſitanico) valdè miſerarentur, tandem duo illorum præcipui decreuerunt ipſum don Ignatium accedere (qui alioquî non erat Ieſuiticus) ſuaſuri vt vxorẽ amorosè tractaret, atq; in hoc conſcientiæ & debito ſuo ſatisfaceret. Quibus intrantibus porticum domus & Dominum illum ſequærere dicentibus, vnus ex domeſticis dicit illi adeſſe duos Apoſtolos volentes loqui ſibi: ille, vt erat vafer & facetiſsimus, ô inquit, quàm magna Dei dignatio, vt mittat ſuos Apoſtolos ad me; & ad famulos: accendite feſtinánter intortitia & luminaria, & ſtrate ſolum, vt cum ſumma reuerentia excipiam Apoſtolos Chriſti: Quod cùm factum eſſet, iuſsit eos intromitti ad ſe; illi ornatum & luminaria, cereoſq; in manibus famulorum conſpicientes, inceperunt diuinare periculum, fortè vxoris

reuelatione, Atq; retrocedere incipientes, Nõ ſumus tanto honore digni, inquiunt, Dicite Domino, quòd quando communitèr recipere nos voluerit, reuertemur: E contrà famuli: Nequaquàm Domini, nam Dominus cum magna auiditate, genibus etiam flexis, expectat intùs, & ſi receſſeritis, vapulabimus omnes. Benè noſtis qualis eſt homo, & quàm promptus ad percutiendum: Audiuimus, inquiunt, chariſsimi filij, ſed Deus conuertet illum: Atq; ità coacti incœperunt interius cubiculum intrare: ipſe verò, vt eos vidit, ſurrexit, (erat enim genu flexus) & ad famulos; ò, inquit, nebulones, quales homines introduxiſtis ad me? ego iſtos benè noui: vbi ſunt fulgores illi & diademata ſanctitatis ac alia inſignia Apoſtolorum Chriſti? Siccinè Apoſtolorum nomine decipiunt iſti Mundum, & vos me? & Incipiens à Moyſe & omnibut Prophetis, baculo ſimul omnes percutiens, interpretabatur illis &c. Sed, ò facinus inauditum & iniquiſsimum atq; etiàm incredibile, dices tu modo. Ego verò faceriſsimam rem tibi narraui & veriſsimam per Deum immortalem: de qua nullum Portugalenſem, qui Vliſſipo-

ſiponem practicauerit, interrogabis, qui non ipſiſsimum tibi referat.

IESVITA.

Benè eſt. Compoſitis lępidè fabellis & tuum & meum inſtituiſti animũ de mulcére. Sed, quæ ſine præiudicio partiũ ſint, iucundiores erunt; quòd dico propter reliquas, quas ad narrandum te accinctum video; nam iſta non adeò inepta & inſulſa eſt, vt non poſsit etiam verum Ieſuitam (vt tu eos vocas) recreare. Sed ad Thema redeundum erit, quandò ità tibi diſplicuit, vt diſceptationem ſubterfugerem, & paratus ſum te Domine mi audire, interrogare, reſponſionibus etiã & rationibus partem, quàm aſſumpſi, tutari, maximè cùm, vt dicis & putas, mea vel tua nòn interſit, ſintné iſti patres digni vel indigni, qui cum odio aut amore tractentur.

CANONICVS.

Optimè. Vęhementer lætor inueniſſe nos iam materiam, ad quam conſentientes poſsimus indiès recurrere, vndè leuamen itineris noſtri conflemus; & hoc deficientibus alijs, nam neq; ſempèr de Ieſuitis agendum erit.

IESVITA.

Imò hanc non oportebit è manibus mittere, quòadùsq; vterq; noſtrûm partē ſuam abſoluerit & exhauriuerit: alióqui quidquid egerimus confuſum erit & inutile; & non eſt æquum, tempus impendere abſq; emolumento.

CANONICVS.

Itaq; Domine, narratiuncula illa, vt video, te reddidit alium atq; eras, cùm non libentèr loquereris de his cum homine, tuo iudicio, non libero; & vis vt liberum te credam, cum diuertere & digredi me à propoſito non permittas. Aſt niſi me fallit naſus, olfacio iàm neſcio quid, vndè oportebit me diligentiſsimè præcauere, ne illud ipſum mihi ergà te contingat, quod dicebas te timere, ne apud me tibi contingeret. Et video me poſſe nunc aſſeueranter dicere de te & ſine dubio, quòd valdè addictus ſis illis: & talem te volo. Sed ſi te conuertero (tu peruertero potiùs dixiſſes) quid dabis mihi?

IESVITA.

Verba ſunt plūrima multam in diſputando habentia vanitatem, ait Salomon: Sed

Sed ſi fundamentis realibus & rebus ipſis potueris me docere, patres ſocietatis Ieſu non eſse ita neceſſarios in Dei Eccleſia, & dignos atq; ab omnibus pijs Catholicis ęſtimantur, eris mihi magnus Apollo, & ego, etiamſi ex iſta ſocietate Ieſu eſſem, ſtatim exirem & fierem Franciſcanus.

CANONICVS.

Nec eſſes quidem primus, qui ſimili doctrina perſuaſus, deſerens iſtorum inſtitutum, religionem eam vel aliam, ac etiam matrimonialem ſtatum amplecteteris. Nam probè puto noſti, quot ſint qui cum decem, duodecim, & plures annos inter iſtos vixerint, tandem eos dimittentes, aliunde ſibi vitam, licitè, cum temporalem tum æternã quærunt? Quod quidẽ inter alia iſtorum abſurda fuit ſæpè valdè ſcandaloſum verè pijs, vt fortaſsè latius alio in loco diſſeremus.

IESVITA.

Dimittamus rogo odioſas hiſtorias has, & rem aliquanto altius repetentes, rationibus & probationibus innitamur, quibus innoteſcere poſsit in iudicando æquitas,

& quænam magis approbabilis ſit judicij diſparitas,

CANONICVS.

Rejectis ut videtur verbis & rationibus diſputatorijs vanis, cogis me ad res ipſas & fundamenta realia, quæ ſunt ea, quæ per ſe fiunt nota, ut verbi gratia, quod duo & tria ſint quinq;. At ego, quæ iſta ſint præter hiſtoriam veram & literá propriè ſignificantem, non video. Vel certè, oportet te, cum reſpuis verba & poſcis res, de rebus & verbis diſtinguere & qualiter res & rationes ſeu verba intelligas, ſtrictè determinare. Sed fortaſsis melius intelligam te, ſi paululum reſpirauero. Ecce Gillagium, quod clauſulam videtur bellè claudere, ut ab alio principio ſentẽtias noſtras reſumamus, poſtquá tranſierimus illud.

IESVITA.

Imò & tranſeundo poterimus paruo hauſtu organa vocis humectare, etenim mea areſcere iam incipiunt.

DIALOGVS SECVNDVS.

CANONICVS.

NON EST SOLA GALlia deſolata. Etiam huius loci facies refert miſerias belli.

IESVITA.

Melius dixeris latrocinij: Nam licet ab ultimo bello remanſerit ſic iſte locus ſemiexuſtus & horridus; hoc tempore quotidianus incurſus latronum Hollandiæ tenet eum irreparatum & miſerum.

CANONICVS.

Veréne, adeo prope Bruxellas excurrunt illi latrocinantes?

IESVITA.

Omni die hîc circumprædantur, ab iſto magno nemore, quod tranſiuimus, exilientes. Quin & proximè elapſis diebus ex ipſis ſarcinis Archiducis Erneſti non parua pars fuit direpta, & impunè id quidẽ.

CANONICVS.

Bone Deus, & non eſt remedium adhibere, cum tantas ubiq; terrarum militares impenſas faciat Rex Catholicus?

IESVITA.

Quid ſcio? Redeamus potius ad noſtra: & primò quæro ex te, vtrùm cum patribus Societatis IESV aliquandiu aut aliquando conuerſatus fueris?

CANONICVS.

Quid deinde?

IESVITA.

Vtrùm etiam, quæ in illos dicis aut dicturus es, à temetipſo ſint, an ab alijs acceperis?

CANONICVS.

Dic potiùs rectè textum. Quid opus eſt circumlocutionibus? A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? namq; cum Ieſuiticas partes defendas, Ieſu Domini perſonam potes fingere, ſicut illi fingunt ſe ſocios eius, cum nihil minus ſint: nam me iam accepiſti pro iudice illo iniquo Pilato, qui indemnes damno.

IESVITA.

Si ridicula pertractamus, agamus ridiculè: ſeriò ſi ſeria.

CANONICVS.

Eſtò, ſed permitte me ludere paululum

in

in moleſto itinere, cum locus proprius occurrit, alioqui caue, ne facias ludicras alluſiones, quibus me prouoces ad ridendum; nam ſum riſibilis ego.

IESVITA.

Capio. Sed reſponde interrogatis.

CANONICVS.

Quin rogo obnixè, interroga, ſi quid habes aliud, vt reſpondeam omnia ſimul: nam aliter non abſoluemus fortaſsè hanc collocutionem ante prandium, cum, vt gnarus viæ dicis, villa, in qua ſumendum eſt, non diſtet.

IESVITA.

Rectè; Dices ergò inſuper, Vtrum, quæ de patribus ſocietatis IESV ſentis & iudicas, ſentias in illis per ſe, an per comparationem ad alios religioſos ſeu Monachos?

CANONICVS.

Eſt ne & aliud modò interrogandum?

IESVITA.

Non.

CANONICVS.

Interrogabo & ego vos vnum ſermonem, (& eſt etiam iſta alluſio cum textu expreſſo Domini IESV Ieſuitarum ſocij, ſi Dijs placet, vide quàm ſincerè ego procedam, qui moneo te, vt rideas alluſiones meas) Sed vt dixi, interrogo te; quare iſta interrogas? nam cum omninò ad interrogata verè & propriè reſpondendum ſit viro pio à probo viro, & talem te credã meq́; profitear; nihil obeſſe poteſt interroganti, imò prodeſſe poteſt valdè, ſi reſponſurus, antequàm id faciat, interrogauerit finem & cauſam interrogati. Ac per hoc non poteſt ſub interrogatione manere dubium ſeu fallacia, qua incautus captus cogatur denuò retractare aut dubiũ reddere reſponſum ſuum. Quod puto fuiſſe de mente Salomonis, cum dixit: Si bis interrogatus fueris, habeat reſponſum caput tuum, id eſt, non temerè nec citò exeat reſponſio de capite tuo. Et extant exempla, vt noſti, plurima, quibus antiqui illi diſcipuli Philoſophorum à magiſtris interrogati, vt per reſponſiones ſuas docerentur, abſurda quædam & à veritate, eiuſq; cognitione abhorrentia reſpondentes, cogebantur poſtea negare affirmata.

mata. Itaq; vellem ego antequam reſpondeam, ſcire ex te, ſi affirmauero, negauero, vel expoſuero, quæ ex me ſcire vis, quid deinde facies? aut quid inde ſequetur? quod cum ſit tibi dictu facilimum, eo reddes me promptiſsimum ad reſpondendum, & fiet noſtra diſputatio amœniſsima. Reſpondebo quippè ex ipſius diſputationis lege libenter ad omnia & ſingula, quæ rogaſti, etiam ſi non, quare ea rogas, velis dicere. Sed ſi id vis, mihi videbitur tela noſtra firmiùs ordita.

IESVITA.

Perinde eſt, quamuis in cunctatione tua putes & velis probare multū rei conſiſtere: & nihil mihi aliud intereſſe videtur, niſi quòd ſi reſpondes primum tu, pluribus debebis poſtea replicare, & te extricabis difficilius; & ſi dico priùs ego animum meum, pluribus debebo poſtea, negata aut conceſſa tua ad meam cauſam adducere. Cæterum tu ipſe, Domine mi, potuiſti abſq; expoſitione mea iudicare, quid intenderem ego de reſponſionibus tuis per interrogata mea. Nam certum eſt iuxta primum, quod ſi conuerſatus es

aliquandiu cum patribus Societatis IE-SV, tales prouentus virtutum apud illos feciſti, vt negare non poſsis, ſaluberrimá eſſe eorum conuerſationem,ac per conſequens Religionem ipſorum. Si verò non noſti quales ſint, (quod ſolùm per experientiá ſciri poteſt) manifeſtum eſt,quòd ſine ratione loqueris contra eos Si autem conuerſatus cum illis es, & prauos eos reperiens ex teipſo & per té inimicaris illis, comprobanda ſunt mala illorum, & manifeſtis ſignis demonſtranda; & hoc cum ego non credam poſſe fieri, videndum eſt, quomodo id tu facias apparere. Quòd ſi eorum ſtatum & modum viuendi comparatione ad alios ordines ſeu religioſos cenſes eſſe improbandum, diſquirendum eſt,quidnam mali vel minus boni habeant, quidve melioris alij quàm ipſi: & ſic illis tribus interrogationibus fundamenta ieci, ſuper quę tu poſſes, ſi velles,ſtruere machinas tuas,& ego viderem, quid mihi eſſet euertendum. Sed poſtquàm tibi morigeratus ſum, aſtrue quod vis & expone rogata.

CANONICVS.

Tribularer, ſi neſcirem miſerationes Do-

Domini, & eſt etiam alluſio. Iamiam habebis acutiſsime vir, quod optas. Ego conuerſatus ſum cum Patribus Societatis IESV: & quæ in illos dico, & contra illos credo & crepo, & ab alijs accepi fide dignis, & ex me ſunt: & primum per ſe, deinde per comparationē ad alios religioſos, iudico illos omninò reprobandos, ne ſuſpendendos dixerim.

IESVITA.

Conuerſatus cum illis es?

CANONICVS.

Conuerſatus.

IESVITA.

Quomodo?

CANONICVS.

Satis eſt; conuerſatus.

IESVITA.

Sed dic, quomodo per vitam?

CANONICVS.

Quomodo? Quomodo? Sine commodo.

IESVITA.

Non deſinam interrogare quomodo, quia eſt hîc vis maxima argumenti.

CANONICVS.

Dico quod eo modo ſum conuerſatus cum his, quo me incommodauerunt.

IESVITA.

Quomodo te incommodauerunt?

CANONICVS.

Quomodo commoda omniũ comedunt.

IESVITA.

Quid iſtud eſt? ne me facias inſanire.

CANONICVS.

Ita, ſed tu non vis hiſtorias.

IESVITA.

Iſtam libenter audire volo.

CANONICVS.

Et alias illibenter & inuitus fortaſſe: Sed talis eſt iſta. Quando Rex Galliæ Henricus tertius funeſtiſsimæ memoriæ in fauorem Antonij Regis Portugalliæ miſit expeditionem illam naualem, ad inſulas, quas tertiarias vocant, ego in portu gratiæ maximam omnium

um navem, appellatam Legrand Briſſac, nauigaturus inter nobiles, conſcendi. Et ne multis te morer, claſſe noſtra partim ſubuerſa, ſubmerſa & capta per Marhionem ſanctæ crucis, ferè omnes captiui in illis inſulis necati ſunt: quis confeſſus, quis capite truncatus, quis actus in crucē. Ego beneficio cuiuſdam nobilis Portugalenſis, cuius vitam olim in naui capta à pyratis Gallis, inter quos eram, reſeruaueram, arte quadam à communi nece ſublatus fui Erat enim apud ſuos iſte vir fidei & authoritatis; Extinctis reliquis, ego vltimus vocabar: interim is iuerat narratum ſuo ſupremo capitaneo, quomodo invenerat inter alios nobilem Gallum, qui aliquando ſaluum eum feciſſet à morte, quam Piratæ ſibi decreuerant.

Tardabat bonus vir, & nimiùm certè tardaſſet, niſi aliqui aſtantes amici eius carnifices precibus aliquantiſper detinuiſſent, dum rediret ille. Qui vt redire tandem viſus eſt, à longe incepit vociferari, ſe obtinuiſſe gratiam pro illo captiuo: nec antea clamare ceſſauit ſuauiſsimus liberator meus, quàm eſſem traditus in manus eius, ligatus tamen & ſtipatus ſatellitio

tio illo mortifico, A quo non ductus, quia penè exanimatus incedere non poteram, ſed tractus fui ad præſentiam illius, qui me iubebat viuere. Qui aliquanto durius quam ego in illo ſtatu ferre poteram, dixit mihi: Non deſunt nobilibus, qui nobiliter ſe gerunt, alij nobiles, qui in eoſdem nobilitatem exerceant. Et tu dices alijs, ne vnquã nobiles mores deponant. Viue, & habeto meliorem mentem: Ecce tradidi te amico tuo. Quo audito, & inferni miniſtris recedentibus, pijſsimus meus Emanuel Merentius dulciter illachrymans complexatus me præ gaudio penè amentem, bono animo, inquit, eſto amice mi, me potius puta hodiè liberatum, quippè qui mortuus fortè erã apud te, & quodammodo in meipſo, quandiu gratiam vitæ meæ non poteram aliquo in genere tibi rependere.

Nunc verò quando prouidit cœlum, vt in ipſa vitæ ſpecie vitale munus ego poſſem remunerare, Tu liber es, ego verò viuus, quo viuente tu mori non poteras. Amici mei tui ſunt, domus & omnis facultas mea pro te eſt; veni igitur mecum, & vtere ac fruere tuis, nec ſit apud vnam

no-

noſtram vitam quidquã mortale aut im-mortale diviſum. Iui, apud illum manſi, vixi, illum dum vixit,ita arctè amaui, vt patrij affectus oblitus propriam domum bonis omnibus nudauerim,quibus ego & mei poteramus in Britania veſtiri & ali: atq; in beatam inſulam illam cuncta mea tranſportans, nunquam ab ea exiuiſſem, Si meus Emanuel illam vitam, quam illi conceſſeram, vt meam ſeruaret, non abſtuliſſet à me, vt aliquando tandem hanc deſolatam, ſicut ipſe fecit,ego etiam cum perpetua & felici commutarem.

Me reliquit hæredem omnium,in quibus ius in re & ad rem habebat,ita locutus in ſpiritu extremo: Amice dulciſsime, En altera mors, quam nemo mortalium poteſt euadere, quæ eſt ianua ad illam vitam, quã ſolus vitæ auctor donare poteſt. Ego qui alteram huc vſq; per te ſeruatam tibi in tua etiam per me ſeruata omni cum animi dulcedine & amore reſtitui, precor tibi à Deo,quam adhuc retines,vigentem,felicem & longam; & dono tibi quicquid viuus habui aut poteſt poſt mortem ad hæredem meum pertinere, cum ingratum ſit danti aliquando ſummum,

quod

quod minimum eſt, tandem non donari. Fecerat quidem pientiſsimus ac generoſus Emanuel legationem hanc aliis verbis per tabulas publicę ſcripturæ. Sed his voluit in præſentia multorum vale ultimum mihi dicere; & fuit adeò ultimum vale pro me, quòd ab illa hora nunquam valui mœrorem animi mitigare.

Habebat ille fratres, ſorores atq; nepotes aliquot, nec omninò ſufficientes ſibi, licet eſſet ſatis locuples famulæ primogenitus; quibus in gratiam defuncti, & quia humaniſsimè me tractauerant, ego ceſsi omnia bona mobilia & immobilia, quæ non erant parui valoris, ac quaſdam alias ſcripturas pro recuperandis debitis liquidis multis pro me tantũmodo reſeruans, quædã de natura bonorum Caſtrenſium, præſertim chyrographa Begia, per quæ vel ipſe, vel hæres ſuus erat recepturus ſummam ſtipendiorum ſibi debitorũ ratione militiæ, & promiſſæ pecuniæ, pro ſeruitiis, quæ vocant de India

Poſt menſes aliquot, patre, matre, fratre, patrono & ſolatio in vno iſto amico orbatus, deſiderium me cœpit reuiſendi Patriam; quod ut explerẽ & cum commodiori

diori viatico, Vliſsiponem nauigaui cum quibuſdam conſanguineis defuncti & amicis meis, pollicentibus mihi, ſe ibidem ſollicitè curaturos, vt citò reciperem contenta in chyrographis. Breui & feliciter eò applicuimus, atq; ipſi pro me negotiationem aſſumentes, poſt multos labores & dies, intellexerunt tandem, rem multi temporis eſſe, atq; non minoris difficultatis huius ſolutionis conſecutionem.

Et, eſt, inquiunt, ſola ſpes, Si Patres ſocietatis IESV, (apud quos patrem ut vocant confeſsionis, magnæ autoritatis, habemus noſtræ familiæ fautorem & amiciſsimum) voluerint intercedere in hoc negotio. Ducunt ad illum me, & coràm exponunt hiſtoriam; quam cum attentè bonus ille pater audiuiſſet, veſtræ dominationes, inquit, recedant in pace poſtea reuerſuri; ego autem cum iſto generoſo Domino aliquantiſper vellem ſeorſim confabulari, ſi ſibi placet. Gratiſsimum, ajo, erit mihi Domine mi; iubeat Dominus ſeruo ſuo & filio. Cumq; in quodam loco ſequeſtrati conſediſſemus. ô quantum, inquit, debes Domine mi, omnipotenti Deo, qui tibi, cum deſperatus pyrata

eſſes

eſſes, ignbuit, nec te repentina morte ſub-merſit ſimul in mare & in infernum.

Poſtea cùm Hæreticorum militiæ nomen dediſſes in perſecutionem Eccleſiæ ſanctæ tuæ, non te paſſus eſt occidi in illa victa hæreticorū claſſe inter alios repentinis & inopinatis ictibus & iactibus peremptos. Deinde in ultimo & ineuitabili periculo prouidit miraculosè tibi, nihil tale moventi, de Merentio piæ memoriæ amico tuo, qui te è faucibus mortis eriperet. Tandem ditauit te bonis nobiliſsimi & catholiciſsimi viri te fortasè melioris. Vide obſecro Phariſaicum ſupercilium, falſam illam iuſtitiam dedignatoriam, hyprocriſin illam ſingularem, arrogantem, temerariam, in Patre ſocietatis IESV tuo. Nemo iſti dixerat, me fuiſſe Pyratam, ſed quod pyratis conſentientibus in mortem illius, ſicut & aliorum, quos proiecerunt in mare, ego qui inter illos eram, eum, quod nobilitatem appellaſſet, & nobilis mihi viſus eſſet, liberaſſem nobilitate & autoritate mea, quam reliqui venerabantur. Nemo unquam iuſtè potuit claſſem illam hæreticorum nominare, cum eſſet plena catholiciſsimis viris, principalibus

etiam,

etiam, qui nihil minus cogitabant, quàm quod in perſecutionem Eccleſiæ nauigarent. Nemo niſi temerariè dicere potuit, præter Patrem ſocietatis IESV, quod liberationem illam non merebar ego.

Cum eſſet tantum pœna temporalis, quam euadebam, & poteram illo in ſtatu mereri vitam æternam, eo modo, quo peccatores digni fiunt per intimam contritionem & alia diuina remedia. (Nam ſi vis interpretari verba iſta : nihil tale merenti, tanquam voluerit dicere, quod iuſtè eram damnatus ad mortem per hominẽ, non debuiſſet pręmiſiſſe, quod Deus misericorditer prouidiſſet, quia non potuit ipſe ſcire, an prouidiſſet, ſi precibus intimis & corde contrito non promererer. Sed dictum fuit omninò hominis ex-ſtimantis tantum de ſe, quod omnia bona mereretur.) Et quod ultimo loco poſuit tanquam quod ipſe habebat pro ſummo beneficio, quod ſcilicet eram per demerita mea ditatus, & hoc debebam DEO, nònne dictum fuit ſtulti & auidi aut inuidi mercatoris, qui cum audiuiſſet, me relictum à defuncto hæredem, putauit me

de facultatibus alterius id feciſſe, quod feciſſet ipſe, imburſare ſcilicet?

IESVITA.

Parturiunt montes &c. Totáne hæc eſt ratio conuerſationis tuæ cum patribus ſocietatis IESV? hæc ſunt maxima illorum crimina, quæ reperiſti intrinſecus inter illos? Certè niſi quid aliud habes, omnia iſta uno ſibilo in auram volant. Nam quòd putauerit te pyratam, ſi culpa eſt, communis eſt illi mecum; nam ex quo dixiſti te fuiſſe inter pyratas, ego incepi vtcunq; timere.

CANONICVS.

Ita ſit, ſed puto quod non vocaſſes me pyratam exprobrando.

IESVITA.

Neſcio certè; fortè ſic, ſi in collegio aliquo ſequeſtrarē te, & eſſem tantæ authoritatis, ut pater ille. Sed venio ad alia. Quòd appellauerit hæreticorum claſſem illam, in qua fuiſti captus: præterquam quod ſine dubio ſciebat maximam eius partem fuiſſe hæreticorum: non mireris, quòd ita locutus ſit; nam eſt phraſis communis

munis Portugalenſium, nominare hæreticos omnes harum nationum, præſertim qui contra Regem bella gerunt Catholicum: & nõ dubito, quin in animo & conſcientia ſua reſeruârit, ita loquens, eam opinionem, quod multi eſſent in illa claſſe Catholici, qui non putabant ſe illo bello offendere fidem neq; Eccleſiam. Quod autem de demeritis tuis admonuerit te certè vt doctus & diſcretus Pater fecit, licet id aliquanto improprijs verbis, vt tu argumentaris; & principia fuerunt omnia hæc & diſpoſitiones animi & conſcientiæ tuæ, vt cum majori fructu exciperes hortamenta eius, quibus, non dubito, animauit & conſolatus eſt te. Nam non perueniſti adhuc ad finem verborum eius.

CANONICVS.

Non certè & puto ſatius eſſet pro te, vt non peruenirem; præſertim ſi verba accipias in illo amplo ſignificatu, quo & rem ſignificat verbum. Nam verbum fecit tandem ille in vſuris judæorum aut Iſraël, quod qui audierit, tinnient ambæ aures eius.

IESVITA.

Iam non timebo minas has tuas. Quid potuit bonus & pius pater dicere aut facere corripiendo, monendo & exhortando peccatorem, quod poſsit in dedecus ſui aut ſuæ Religionis cedere?

CANONICVS.

Scies autem poſtea Nunc vero, quia ab iſtis reſponſionibus video remanſiſſe tibi manum leuem & dulce palatum; volo vt cum dulcedine hoc prandium ſumas: erit enim tibi fortaſsè amara potio, ſi bilis ante prandium alteret, aut ſit magis commota.

IESVITA.

Imò poſt prandium ſunt iſtę commotiones magis periculoſæ: Sed tu cum nihil habeas nunc rei, quo me poſsis mouere, terriculis verborum laboras me habere in menſa ſollicitum, & quidem ſumus in villa & prope hoſpitium: feſtina paululum & intra primus.

CANONICVS.

Præcedo cum venia tua.

DIALOGVS TERTIVS.

CANONICVS.

NON FVIMVS CERTE malè tractati, nec eſt gratia hoſpitis contemnenda.

IESVITA.

Mediocriter quidem omnia: niſi quòd vinum incepit aceſcere, ut indicaui.

CANONICVS.

Non aduerti ego quidem. Sed quantum itineris reſtat adhuc pro hac dieta?

IESVITA.

Reſtant ſex milliaria magna, ſi volumus intrare Namurcum, Nam ita vocatur ciuitas, in qua poterimus dormire, ſi properamus; alioqui quia porta clauditur cum luce, oportebit manere in ſuburbio: quæ erit res utcunq; moleſta, nam neque ſunt commoda hoſpitia, neq; ſuppetunt victualia.

CANONICVS.

Vrgeamus ergò equos, etenim cum quieuerint Bruxellis, diebus aliquot, benè poterunt ſufferre laborem. Sed placétne reſarciam hiſtoriam meam?

IESVITA.

Benè dicis: Meam; nam certè mihi ea non videtur Ieſuitarum, ut tu vocas eos.

CANONICVS.

Narro tibi aliam hac mea & Ieſuitarum intermiſſa. Fuit maritus uxori ità infenſus, ut nullus tranſiret dies, in quo non bis terue cæderet illam. Cum cauſa, vel ſine cauſa. perinde illi erat. Nam ſi illa cauſam non dabat, quod raró tamen contingebat, cum eſſet ſatis rixoſa, ipſe ſciebat benè ſuſcitare occaſiones. Accidit autem, ut vna dierum maritus occupatus foris non fuerit reuerſus domum, niſi poſt ſolis occàſum. Ad quem cum uxor ſemigemebunda & ſuſurrabunda diceret: Benedictus ſit DEVS marite, quod hodiè non me cœcidiſti; Reſpondit ille: Adhuc non ſunt tenebræ; claude os tuum uxor mea.

IESVITA.

Pro-

Probè te intelligo. Sequere hiſtoriam tuam.

CANONICVS.

Cùm igitur ego illis inculcationibus auditis nihil non chriſtianum & humile reſpondiſſem ; ille cepit fingere beneuolentiam in me, promittens mihi omnem fauorem : atq; ſcito, inquit, me propter memoriam defuncti, & in gratiam ſuorum nihil omiſſurum, quod ad effectum ſolationis huius poſsit conducere; Quare frequentabis ſi placet, ſæpius domũ hanc, in qua me habebis fratrem & amiciſsimum in Chriſto. Exacerbauerat, ut verum fatear, animum meum hominis modus & dictio: Sed quia totam meam ſpem in illo amici mei repoſuerant, cum redirem ad illos, gratias illis egi, quod talem virum mihi pro temporalibus & ſpiritualibus Patronum conſtituiſſent. Illi quotidiè in eam Eccleſiam ad Miſſam, & frequenter ad communionem ibant, & ego cum illis ſperans aliquid ab illo patrono audire ſuper expeditione mea.

Sed cum ego eſſem mutus, putans quod ſibi cordi eſſet aliquid ſuper ea re efficere,

ut promiſerat; ipſe erat cœcus & ſurdus, & videns me, nihil minus cogitabat quā de bono meo, & audiens ſocios nihil magis cogitabat, quàm de profectu ſuo. Præterierunt ſic multi dies, nihil me negotia prouehente mea, niſi quod eundo & redeundo ex ſocietate IESV omnes Ieſuitici & Ieſuiticæ, quos in illo regno Apoſtolatos & Apoſtolatas vocant) hilari vultu excipientes & ſalutantes me, cum occurrebam illis, habebant nobilem Gallum pro ſanctiſsimo viro,& aliqui eorum, tàm viri quàm fœminæ, quos magis noueram, (quia propè collegium etiā commorabar) non operabantur miracula ſanctitatis, etſi pro ſanctis haberi volebant.

Tandem una dierum incidi in quendam Ieſuitam Gallum ibidem, qui cum in clauſtro ſuo videret me deambulantem, habitu Gallico, pertranſiens iuxta me, Gallicè me ſalutauit. Ad quem ego; Subſiſte paululùm Pater mi, & recrea paru̇mper extranei animum anxium lingua iſta patria. Vbi ille; non eſt mihi conceſſum Domine mi in Chriſto chariſsime, ſed ob amorem communis patriæ ibo veniam petiturus à præfecto noſtro, & reuer-

reuertar ad te, ſi permiſerit ipſe. Permiſiit DEVS, & reuerſus eſt citò ad me, cui cùm narrarem mea, & ipſe mihi narraſſet etiam quædam ſua, & cognouiſſemus ex parte alterutrum, ego incepi majorem concipere ſpem de expeditione mea, & frequenter hunc inuiſens, multa de Ieſuitico modo & inſtituto expiſcabar ab eo, quæ ipſe in eam intentionem putabat me uelle ſcire, quaſi haberem animum intrandi religionem illam.

Atq; cum ſingulariter deueniſſemus quadam die ad punctum chyrographorum, interrogauit me homo, quota eſſet ſumma denaria recipiendorum per illa chyrographa; cui cum dicerem, eſſe ferè duorum millium aureorum. Bono animo inquit eſto, nam non omnia perdes. Malo, dixi, potius animo me iubeto eſſe, ſi non omnia ſum recepturus, ſiquidem ſub ſpe hac reliqua omnia dedi conſanguineis teſtatoris, & de proprijs meis expendi plurima, huc veniendo & expectando expeditionem. Sed cur partem perderem? nonnè iſta ſunt promiſſa & ſignata Regia? Experto inquit crede. Nam etiam naturales & patrij & perſonæ rea-

les ipſiſsimæ ſolent in ſimilibus per multos annos oleum & operam perdere. Neq; ſi vous non laſchez le mot, bonus ille pater, cum quo aliquoties locutus es, poterit te iuvare.

Quid iſtud eſt inquam? Rogo pater mi, nunc nunc ediſſere mihi parabolam. Ego inquit quia compatriota ſum & cogor dolere uicem tuam Domine mi, non abſcondam à te myſterium. Scito quod officiarij iſti regiarum pecuniarum ſunt nobis addictiſsimi, & ferè omnes filij confeſsionis iſtius patris, ad quem directus es, & quando ſimilia incidunt, per interceſsionem eius faciunt ſolutiones, quas nunquam facere coguntur, ſi nolunt, & regij conſiliarij non curant, quia quanto minus ſoluit Rex, tanto plus habet, præſertim in caſsibus defunctorum, nihil omninò curant, ut hæredibus ſatisfiat, niſi id vergat in commodum ſuum, ſub ſpecie operum piorum.

Quare ſi pater iſte dixerit illis, quod de illa ſumma tu remittis duas partes pro operibus pijs: negotium eſt expeditum. Nam de prima neſcimus quid faciant, ſi fortè non accipiunt pro ſe (quod non credimus)

dimus) ſecundam attribuunt fabricæ noſtri monaſterij & impenſis cultus diuini; tertiam computant parti fidelisſimè. Hæc te volui intelligere, & niſi ita pergas facere, contrahes potius hîc quàm recuperabis debita, & adhibe fidem meis dictis. Nam iſte eſt mos, & modus procedendi. Quod ſi amici tui iſta non reuelârunt tibi, vel forte ignorant, vel diſsimulant ſe ſcire, ut cum tempore occurrat tibi vel aliquis magiſter, vel exemplum, quo doctus fias. Vale, nam aliò de mandato ſuperioris vocor, & ſic me reliquit. Ecce reſolutionem Theologorum. Sed video te plenum ſermonibus, & quòd coarctet te ſpiritus uteri tui, & ſit venter tuus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit, loquere & reſpira paululùm. Ecce auſculto.

IESVITA.

Hoc totum eſt licitum.

CANONICVS.

Nego antecedens.

IESVITA.

Probatur, Patres ſocietatis IESV hoc faciunt.

CANONICVS.

Concedo.

IESVITA.

Ergò eſt licitum.

CANONICVS.

Nego conſequentiam: Sed nondum abſolui hiſtoriam, habeto patientiam, dum reliquum refero, poſtea poteris factum tutari.

IESVITA.

Doctrinam ego priùs vellem ſtatuere, ut videas te nihil feciſſe, poſtquam in adinueniendo narrationes iſtas ſudaueris.

CANONICVS.

Sudaui quidē ſatis in experiendo ego. Sed vereor, ne te narrando & confirmando magis faciam ſudare. Nam quod velis uſurariam iſtam pactionem, quocunq; pietatis habitu perſonetur, minus quàm latrocinium & defraudationem mercedis operarij, quæ in cœlum clāmat, & ſanguinis effuſionem, quæ vindictam poſtulat,

no-

nominare;irriſibilem (pace tua dixerim) te reddes omni audienti. Putabam certe, quod nolles credere, talia eos facere. Sed crede, ut facis, firmiſsimè, quod faciant frequentiſsimè, & quod nihil ſit in illo regno magis notorium, quamuis ipſi ſecretiſsimè ſe putent facere. Sed & faciunt ibi & ubiq; alia, quæ proprium habebunt locum, peiora adhuc & incredibiliora, vnde in immenſum, ut videmus, ditantur, pijs dormientibus, ſimplicibus non intelligentibus, perſpicacibus non valentibus patefacere artes iſtorum. Itaq; acceſsi poſtridiè Patrem, Patronumq; illum meum & dixi: Domine admodùm reverende, Ego multum temporis & pecuniæ expendi in iſta civitate, ſperans expeditionem illam, de qua ueſtra Dominatio habet notitiam, & ut video, perfeci nihil.

Ipſe verò, imò, inquit certè Domine mi in Chriſto chariſsime, nam illi Domini, penes quos eſt harum expeditionum facultas, promiſerunt mihi, ſe facturos lubenter in ea re, quod poſſent in fauorem Domini. Sed diu eſt, quòd te non viderim, & putabam, te eſſe frequenter apud

illos,

illos, ut viſo te tuæ expeditionis recordarentur. Et illi Domini amici tui nunquid non ſollicitant iſtam expeditionem? Deniq; inquam Domine mi ego cùm diutius non poſſum in hac ciuitate manere, decreui rogare Dominationem veſtram, ut, ſi fieri poteſt, illis expeditoribus dicat, quod ſoluant mihi ex tota ſumma quod libuerit, & reliquum remittam proprijs operibus diſtribuendum, præſertim pro ædificijs & augmento domus huius. Bene eſt, inquit, Domine mi, quando ità placet & petit Dominatio veſtra, ego curabo, ut hanc mentem illi ſciant, & inſtabo, quantum potero, ut ſatisfiat Domino in toto: Sed ſi ipſi acceptauerint conditioné, quantum eſſes contentus, Domine mi, remittere?

Nec timeas in ea re eſſe liberalis, quia pro anima tua facies in augmentum diuini cultus, & pro remiſsione peccatorum tuorum. Ego, Domine, neq; parum neq; multum dico, ſed & nec minus, quã quod ipſi voluerint, cum conſilio veſtræ Dominationis remitto. Ego inquit, Domine mi, in ſimilibus nollem me intromittere, ſed ſcio benè, quod erit quaſi miraculum.

ſi ſoluunt contenta in chyrographis illis: nam ſolent iſta protrahere in infinitum, & eſt quaſi perdita pecunia. At ego non deero promiſsis meis, & breui cum diuina gratia, ſpero Dominum expediẽdum.

Quid plura, infra tres dies fecit iſte mihi dici per unum ex propinquis defuncti, quod illi Domini decreuerant dare mihi tertiam partem ſummæ, modò faterer per publicam ſcripturam ad calcem chyrographorum, mihi fuiſſe per illos in totum & integrum ſatisfactum; Factumq; eſt ita. Iam tu, Domini mi, vide quomodo ſine commodo, quomodo iſti commoda omnium comedunt, ſum conuerſatus cum eis, ac quomodo per me non per relationem aliorum didici, quæ deteſtor in illis: & ſi quid habes certi & reſoluti, pro defenſione huius facti, profer nunc liberè.

IESVITA.

Itaq; pro bono opere lapidas iſtos Patres, qui cum haberes omnem pecuniam perditam, induſtria & charitate ſua adiuuerunt te, ut quod poſsibile erat, recuperares? & tota ratio calumniationis tuæ

ſola ſuſpitio eſt, qua putas expreſſa conuentione inter Patres & officiarios iſta fieri; quod ego non magis poſſem credere, quàm quod tu omnia iſta fingas: quæ cum ita ſint & credantur à me, ut narraſti, Dico, quod ſi, ſicut credendum eſt, ipſi ſimpliciter & ſanctè putant partem illam primam in pia opera ſecundum regulam chriſtianæ charitatis erogari per illos, qui eam reſeruant; & ſi certis & ueris ſignis liberæ & piæ voluntatis iudicant libenter & non coactè pro ædificijs, & augmento cultus diuini collegio ſuo remitti partem ſecundam, nihil peccant procurantes ultimam illi qui ea ſola contentus eſt, & recipentes ſuam.

CANONICVS.

Scilicet, ſunt ſimpliciſſimi & candidiſsimi iſti patres, & cum audiant confeſſiones, & abſoluant omnibus ſeptimanis eos officiarios Ieſuiticos, qui ſimilibus latrocinijs in uno aut altero anno euadunt ditiores regibus, ſtatim obliuiſcuntur peccata & furta pridie Calendas confeſſa, putantes fortaſsè pertinere ad ſigillum confeſsionis, ut poſt audita crimina

non debeat haberi in Calendis, eorum memoria, Atq; ideò illorum conſeruant amicitiam tota vita, exiſtimantes eos, ſinceritate illa ſua columbiniſsima, Chriſtianiſsimos & rectiſsimos, quos totus mundus cognoſcit fraudulentos, uſurpatores & publicos latrones.

Nec dico, quod omnes tales ſint, ſed qui talia faciunt, & aliter facta videri volunt per authenticas ſubſignationes, ſunt omnino tales; & ſimiles illis iſti. Sed eſto quod aliorum peccatum iſti per expreſſum nec tacitum pactum non accipiant ſuper ſe. Secundam ne illam partem violenter ſic rapere & ab inuito & coacto extorquere licitè poſſunt? Nam quæ certa & vera ſigna liberę & pię voluntatis judicari poſſunt, in miſero ſanguinem ſuum effuſum pro Rege, in ſuis ſtipendijs repetente, quod libenter & non coactè dimittat pro ædificijs & augmento Ieſuitarũ id quod diu procurauit & anxiè expectauit, ſine quo non poteſt viuere? Nonne jdem eſt quod Dominus IESVS, cuius ſocij & imitatores ſacrilegè ſe iſti iactant, repræhendit acerrimè illis verbis: Hypocritæ, benè Prophetauit de vobis Iſaias, dicens:

Populus hic labijs me honorat. Nam DEVS dixit: Honora patrem tuum: id eſt ad literam, Patrem & matrem, quocunq; prætextu etiam ſub ſpecie oblationis & augmenti diuini cultus, nec incommodabis in neceſſarijs vitæ, nec incommodari permittes; & moraliter.

Nulli, cui in neceſsitate pro viribus ſuccurrere ex iuſtitia vel ex charitate teneris, ſubtrahes neceſſaria, cum neceſſaria præcisè & abſolutè non ſint alicui bono neceſſario majori. Nam vos inquit dicitis: Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit; id eſt, ad literam: facite oblationes templo & nobis, procurantes ſpirituale bonum, illis, quibus aufertis temporalia, de quibus commodè viuere poſſunt; & hoc erit magnum meritum veſtrum & illorum.

Nonnè idem mihi dixit ille rediuiuus & incognitus Phariſæus, cum ait, ad utilitatem latromum & ſuorum: Sed quantum vis remittere ut habeas reliquum? Nec timeas in ea re eſſe liberalis, quia pro anima tua facies in augmentum diuini cultus & pro remiſsione peccatorum tuorum. ô Phariſæe cæce, periclitabitur aut

peri-

peribit ne diuinus cultus, ſi tua domus non ornetur præcioſiſsimis columnis, fornicibus pulcherrimis & laquearijs exquiſitis? An non eſt potiùs in magno diſcrimine, cùm tua religio, tot templa aliarum & monaſteria deſtruat, ut ſibi ſoli ædificet? ô Præſumptuoſe Ieſuita, tu qui expiaculum neceſſarium putas pro peccatis, quæ præſumis in me, ut dem tibi de meo, quod nolo & rectè non poſſum; cur non judicas medicinam pro peccatis, quæ videres, ſi cæcus non eſſes, in te, ſi non dare mihi indigenti ob amorem Dei de tuo; ſaltē remittere mihi de meo id, quo non indiges & poſſes remittere ſine damno tuo?

At dices, ſi iſti patres iſtud partum non tibi procuraſſent, totum perdidiſſes. Sed ſi nullus Ieſum crucifixiſſet, non crucifixo eo, ut decretum erat, à Patre, mundus perditus remanebat, Vnde pium opus fecerunt mundo milites crucifigentes: celebremus ergo feſtum eorum. Equidem per accidens bonum opus operati ſunt fortaſsis in me; ſed ipſi, vſuram, ſimoniam ſimphoniam & diaboliam commiſerunt. Lupus (ut eſt illa fabella) cum raptum por-

taret agnum in locum, ubi ſecurus comederet, ſequebatur per aërem inuolitans deſuper, coruus: & cum tandem lupus inciperet agnellum deglutire, da mihi, inquit, ſaltem particulam, quia te ſecutus & comitatus ſum multò itinere. Heus tu, ait lupus, non putes te agere cum ſtulto: Si me inſecutus es, ſcio quod non honoris neq; utilitatis meæ cauſſa feciſti, ſed ſperans & captans commoda tua; ob quæ, ſi potuiſſes etiam oculos mihi eruere in itinere, aut poſſes nunc, non dubitares efficere.

IESVITA.

Appagè, Domine mi; video te doctiſſimum virum, interpretantem ſomnia, & prudentem Eloquij myſtici, cui ego par non ſum qui poſsim adverſa acie repugnare. Sed quid diceres, ſi recurrens nunc ad conditiones, quas aſsignaſti, quibus ſeruatis non fiet contra textum illum de honorando patre & matre, nec literaliter nec moraliter interpretatum ad tuũ libitum, monſtrauero, fieri poſſe licitè imò & meritoriè, quod adeò horres & adeò horridis exclamationibus abominaris?

ris ? Sic dixiſti, literaliter, & literatè ſatis quidem : Patrem aut matrem, quocunq; prætextu, etiam ſub ſpecie oblationis & augmenti diuini cultus, nec incommodabis in neceſſarijs vitæ, nec incommodari permittes.

Quid ſi quis ſub prætextu ſubueniendi miſeris, qui alioqui in extrema neccesſitate ſunt, aut pro conſeruando & augendo in gloriam Dei, & vltilitatem ſpiritualem hominum, cultu diuino, conſuleret filio, imò precibus & perſuaſionibus extorqueret quodammodo, ab eo, ut vellet dare, & effectu daret dimidiatum panem ex ſeruato pro patre integro, cum neceſſarius ſuſtentationi & vitæ ipſius non eſſet integer panis, nec fortè dimidius ? Peccaret ne iſte dans cui vellet nemine conſulente vel perſuadente, ſi tamen eſſet verus dominus panis? Peccaret ne dans ad prophanam aut mundanã commoditatem conſulente aliquo & perſuadente ? Certè qui id affirmaret neſcio an ſciret quid diceret.

Quomodo igitur non habebit meritum apud Deum, & laudem apud homines, qui conſulit non ſolum iam filio, vt det de ſubſtantia non neceſſaria patri, ſed

cuicunq; de facultatibus abundantibus ſibi, in pijſsimos, imò neceſſarios vſus propoſitos? Quæ ſunt bona illa neceſſaria majora, propter quæ, ais, ſubtrahi etiam neceſſaria poſſe illis, quibus vel ex iuſtitia vel charitate debentur; vt ſi quis haberet medicinam, aut efficacis virtutis lapidem cum quo viueret, & ablato, vt viueret totum regnum vel tota civitas cum illo, remaneret in diſcrimine vitæ, is qui priuatus eſt eo.

Itaq; quoniam Patres ſocietatis IESV illos, à quibus hæc fortè iſto modo accipiunt, ſciunt habere alia, vnde viuant, præſertim cùm alioqui nihil eſſent ipſi dantes de talibus debitis recepturi, & cùm recepta impendant in alendis pauperibus, orphanis & viduis, quę genera aliàs fame morerentur, atq; in ędificijs, vaſis & ornamentis ad divinum cultum pertinentibus: (in quibus etiam ipſi ſic remittentes habent partem conſolationis & commoditatis ſuæ ſpiritualis, cùm eccleſiam & eccleſiaſtica myſteria fræquentant) atquè quod maximum eſt, in amplificanda & tutanda catholica fide & religione per totum orbem, in cuius diuerſas partes ſuos mit-

mittunt, & apud barbaros & fidei inimi- cos nutriunt, licitum eſt totum ſupra dictum, etiam eo modo, quo tibi videtur turpiùs per te depictum.

CANONICVS.

Quòd, licet jronicè, decoraueris me ti tulis Danielis, id tu etiam in ſpiritu Deo rum feciſti, divinando me interpretem ſomniorum tuorum iſtorum. Nam quid aliud ſint ſtatuta tua iſta, ego non video: Aſſeris enim dictis tuis, ſi permittis vt col ligam, ſententias iſtas.

Primò quòd Ieſuitæ, priuſquam talia committant & peccent, inquirant de ſuf- ficientia vel inſufficientia facultatum, il- lorum quibus partes rapiunt.

Secundò, quòd ipſi ſint à Deo aut à Dia bolo, aut ab homine, aut à ſeipſis conſti- tuti judices viuorum, & cenſores totius mundi, vt ſecundum eorum arbitrium neceſsitas vel non neceſsitas ſit æſtiman- da.

Tertiò quòd præciſè ad neceſsitatem divini cultus in mundo, pertineat Ieſui- tas eſſe & habere per fas & nefas divitias multas; quaſi ſi ipſi omnes ſuſpenderen-

tur, ſuſpenſio ab executione ordinum & ceſſatio à divinis perpetua eſſet futura.

Quartò quòd tales miſeri, requirentes ſolutionem ſtipendiorum promeritorum & promiſſorum, damnati ſint omninò à Deo, aut prædeſtinati, vt niſi per talia media non ſint habituri remedium.

Quintò quòd Ieſuitæ alant de facultatibus ſuis, pauperes, orphanos & viduas, quæ aliundè ſibi victum & vitam quærere nequeunt.

Sextò, quòd Ieſuitæ iuſtè poſsint cogere & cogant homines, ſimilibus modis, vt conſolationem quærant de commoditatibus ſpiritualibus, frequentando apud eos diuina myſteria (quæ tamen ferè nulla celebrant) ſi non volunt omnino perdere fructum datorum ſeu ablatorum ſuorum.

Vltimò, quod Ieſuitæ exiſtentes in his regionibus & regnis, nutriant ex facultatibus, quas in Europa acquirunt, miſſos ſuos in Indiam, vel Orientalem, vel Occidentalem. Videas qualem mihi anſam das, vt te aliquando falſitatis inſimulem, ſicut tu me fictionis, quando libet. Nam omnes ſententias has oportebat eſſe probatas

batas

batas & veras., vt euerteres ſuper fundamenta tua ſtructas, vt dixiſti ſemel, machinas meas. Sed quàm veræ & credibiles illæ ſint, aliquæ earum ſatis per ſe demonſtrant:

Obſcuriores paucis explicabo. Et primo occurrebat tertia, quam ex duobus locis neſcio an benè collegerim: ex illis verbis ſcilicet; Pro conſeruando & augendo in gloriam DEI & vtilitatem ſpiritualem hominum, cultu diuino. Et ex illis: & quod maximum eſt, in amplificanda & tutanda catholica fide & religione per totum orbem. Qui enim hæc dicit ad propoſitum, quòd, illis ſint inculpata opera quæ claram ſpeciem peccati mortalis habent: ſignificat, his non obſtantibus neceſſarios eos eſſe abſolutè, ut fuit neceſſarium Abrahæ velle occidere filium, quia obedire Deo certiſsimè imperanti, erat neceſſarium, etiam in re alioqui maniſeſtè impia & criminali: Sed quia hæc ſententia diſcutietur, cum de tertia interrogatione tua, & reſponſione mea agemus, quod ſcilicet non ſolum ex conuerſatione qua illos noui, de qua huc uſq; agimus, ſed & per comparationem ada-

lios religioſos, iſtos judico reprobandos.

Nunc ad quartam ſententiã dico: non eſſe certum quod niſi per interuentionem Ieſuitarum, iſti miſeri, debeant perdere ſtipendia ſua; nam multi recuperarunt talia debita, vel in integrum, vel certè in majori quantitate abſq; talibus Patronis. Imò quando habere poſſunt alios interuentores, apud officiarios illos, licet de prima tertia parte ſemper idem ſit, quod neſciatur quis eam abſumat, interueniens ſolet eſſe contentus cum media ſecundæ, quam Ieſuitæ integram rapiunt: vnde non ſolum non proſunt, ſed magis obſunt miſeris iſtis. Et ſunt hæ in illo Regno experientiæ quotidianæ.

Ad quintam, quod iſti alant de facultatibus ſuis eos qui aliter non poſſunt viuere; Si tu, Domine mi, vel aliquis alius potuerit mihi oſtendere vnam vel vnum, aut infirmum, aut ſanum, qui de reditibus iſtorum annualibus ob amorem Dei nutriatur, mutus poſtea in illos volo eſſe. Benè nutriunt quidem, in oſtentationem & in laqueum diuitibus, ſanos & habiles quoſdam pueros, quos oportebat potiùs doceri, vt artibus ſibi & parentibus victum quæ-

quærerent; et quaſdam mulierculas deſidioſas & beneualentes, vt miracula poſtea faciant, communicantes omni die. Sed hoc non certè de facultatibus ſuis annualibus, quas indies his artibus augent. Sed de emendicatis nummis, à fœminis præſertim opulentis & à mercatoribus & vſurarijs, quibuſcum, ſunt præcipuè, eorum conſortia & commertia. Sed quòd hoſpitalibus incurabilium aliquid ex domibus ſuis, aut ex reditibus aliquando dent aut mittant, qui viderit narret mihi, ego enim nunquam audiui.

Monent quidem populum, vt hæc opera miſericordiæ exerceant; ſed hoc non eſt eorum ſingulare, vt inde laudari debeant: nam omnes chriſtiani ſuper his ſe inuicem monent, quis efficaciùs alio, prout in opinione magis aut minus eſt, vt perſuadeat.

Circa ſextam ſententiam, præterquam quod ridiculum valdè eſt, dixiſſe te in defenſionem rapinæ, quòd ſpoliati illi miſeri habeant etiam de illa parte partes conſolationis & commoditatis ſuæ ſpiritualis: Mitto te ad illud ex Salomonæ: Qui offert victimas de ſubſtantia pauperis,

ris, quaſi qui immolat filium in conſpectu patris ſui. Iudica quàm placidè placabitur pater homo, aut quàm libenter acceptabit honorem adhibitum per occiſioné proprij filij, quem quis illi offerat in venerationem & cultum. Aut quam conſolatiouem haberes tu, ſi videres ornatum templum, aut celebrari ſolemnia de facultatibus, quas vi abſtulerunt à te, & te videres miſerum & nudum. Et quàm aptè quis veniret tunc ad te deuotus, pœnitentem & deſperatum, dicens: Domine mi, chariſsime in Chriſto IESV, ecce de tuo illa omnia facta ſunt, conſolare, & indue nunc & comede ventum.

Vltimum autem; quod ſcilicet Ieſuitæ nutriant de facultatibus ſuis, quas in Europa habent & augent, miſſos ſuos in orientalem, ſeu occidentalé Indiam; tantum abeſt, vt ita ſit, quòd neque obolum dant pro primi etiam itineris ſeu nauigationis viatico, in quo larga manu fit illis proviſſio de neceſſarijs à Rege Hiſpaniarum; qui eos in India etiam nutrit: Propter quod & alia ſimilia applicandarum ſibi Eccleſiaſticarum Decimarum & Primiciarum, Pontificis priuilegijs fruitur. Quin

& audies circa hoc rem mirabilem, (modò velis credere) quæ eſt veriſsima.

Poſtquam peruerunt iſti in illas partes, & ad loca, in quibus præſciunt ſe humaniſsimè recipiendos (quia aliter non vadunt quicquid hiſtoriæ eorum & ipſi dicant) vbi radices miſerunt, ædificarunt quæ ipſi appellant collegia, & ſimplicem plebem decipientes, ſui adoratricem effecerunt; exercent ilicò mercaturam, & ad ſuos qui in Europa ſunt mittunt merces illas, pro quibus advehendis eò nauigant mercatores auidi: & ſui ex his partibus, vt vili precio emant quando aliter non poſſunt habere, mittunt ad eos nummos artibus ſupradictis raptos & hinc inde emendicatos ſub ſpecie quòd debeant eos mittere pro ſuſtentatione fratrum ſuorum, qui miracula faciunt in conuerſione infidelium, afflicti, anguſtiati, in mellotis, in pellibus caprinis; quibus, vt jactant, non eſt dignus mundus; vt videre eſt in Epiſtolis & itinerarijs quæ inde tranſmittunt, ex China Iapon Philippinis, nova Hiſpania, Piru, vnde quicquid libet liberè fingunt; ſicut vulgariter in Luſitania, vbi iſta omnia didici, dicitur; De lon-

longas vias longas mentiras. Sed nequè dixi circa hanc vltimam ſententiam quod eſt peſsimũ: & doleo quod huic ſiluæ admoueris ignem. Habebant illo tempore, quo fui Vliſsiponæ,(neſcio an nunc etiam habeant) datium ſeu tributum, puto duos vel tres nummos ex centum, ſuper certá vel certas ſpecies mercium venalium aduectarum ex India, (nam propriè aſsignare quid iſtud erat aut eſt, nunc ego non auderem, nec permittat Deus, vt aliquid mihi non exploratum aut memoria exciſum de illis aut in illos dicam) ſcio tamen qòod obtinuerant & exigebant ſimile quid pro ædificatione ſuæ domus de ſancto Rocchio. Super qua re erat clamor pauperum, qui cariùs emebant merces illas, blaſphemiæ mercatorum aduehentium, publica maledicta, & imprecationes peſsimæ, publicè factæ in illos, & commune ſcandalum cunctorum. Vtrum verò, cum hoc præjudicio partium & violentia illata liberis hominibus, nolentibus neque per viam datij nec dati, contribuere Ieſuitis, ſcandalum iſtud fuerit actiuum an paſsiuum, tu, qui nullam in illos paſsionem habes, liberè judica;

ego

ego illis per te ſum ſuſpectus judex.

IESVITA.

Non ſinis me loqui, niſi poſtquam tot tantaq; dixiſti, vt difficile poſsim ad omnia reſpondere.

CANONICVS.

Quid vis tibi faciam? iſti in cauſa ſunt qui tot tantaq; abſurda committunt, vt tempus etiam me deficeret, ſi non pluri- ma in tui gratiam reticerem.

IESVITA.

Gratias agamus Domino Deo noſtro, charitatiue vir, qui talem tibi inſpirat animum, vt non velis penitùs me cum his bonis & ſanctis patribus confuſum & confuſibilem reddere. Qualia verò ſubticeas judicare in promtu eſt. Nempe eorum virtutes, prudentiam, modeſtiam, grauitatem, caſtitatem, humilitatem, Zelum, exemplum, doctrinam, & his ſimilia, quibus commendabiles, & meritò ſuſpiciendi ſunt omnibus verè catholicis ac pijs; ſicut tu non potuiſti non videre in eis, quando concedebant tibi ad ſe familiarem ingreſſum.

CAN.

CANONICVS.

Verè dignum & juſtum eſt; Et ſi non ex animo hæc dicis, deinceps non parcam: Sed ego alteram partium ſecundæ diui Thomæ, ſcilicet vitiorum, ſuſcepi prælegendam: tu qui alteram, virtutum ſcilicet, ſuſcepiſti exponendam, non ſolum memoratas debuiſſes perſequi, ſed incipiens à Theologalibus, Cardinalia etiam & omnia moralia cum comitibus, & filiabus earum debuiſſes in medium afferre. Niſi quod timeo, & fortaſsè timuiſti tu, ne non poſſes oſtendere virtuoſos iſtos cum ipſo etiam virtutum toto ordine longo.

IESVITA.

Certè tu es mirabilis, & video quòd niſi vt alteri Entello ſanguis tandem recaleſcat mihi, linguę tuæ laſciuiá, vt promtitudinem & agilitatem Daretis, non potero cohibere.

CANONICVS.

Oportunè per Deum. Ecce apparet ciuitas propè, & ſiquidem friges, properemus antequam claudatur porta, curabitur focus & vinum Hiſpanicum. Nam

cum,

cum, ſicut audiui, Hiſpani hîc ſint præſidiarij milites, non carebunt patrio vino. Et cras, volente Deo, vinces in Cęſtuum certamine, & ſi non putem te hodiè minus quam victorem, Saltem in patientia veſtra; cum melior ſit qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium, vt ait Salomon, & vt tu dices, impugnatore horum ſanctorum.

IESVITA.

Videris velle lætus cænare qualem me voluiſti prandere. Benè ſit, ſimus hilares: Craſtinus dies ſollicitus erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia tua.

CANONICVS.

Sua, dicit textus ſi benè meminiſti, & ſua iſtorum eſt quæ te habet ita deceptum; Sed nunquid habent hîc iſti domicilium?

IESVITA.

Non: ciuitas eſt parua & pauper, non poſſent in ea viuere.

CANONICVS.

Viuunt ne alij Religioſi?

IESVITA.

Puto hîc illos eſſe, qui totum mundum repleuerunt.

CANONICVS.

Quinam ſunt iſti?

IESVITA.

Neſcis? Franciſcani.

CANONICVS.

Et quare ſic loqueris? Vituperas ne quòd ſint plurimi?

IESVITA.

Quid nì vituperem, cum tantum panis comedant cum tam paruo fructu?

CANONICVS.

ô; alius eſt hic Dæmon. Habebimus, vt video, cras feſtum duplex. Sed vide quàm fortes muri & quàm pulcher fluxus fluminis: Et milites quidem ſunt ad portam.

IESVITA.

Clauſuri, ni feſtinemus; vrge;

CANONICVS.

En, ſequor.

DIALOGVS QVARTVS.

CANONICVS.

PRoſpera Lvx oritur, linguisq; animisq; fauente. Nunc dicenda bono, ſunt bona verba die. Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint, Iurgia, differ opus, liuida, turba tuũ.

IESVITA.

Quaſi velis dicere chariſsime Domine in Chriſto, vt digitum ego ori meo imponam, poſtquã tu tibi viſus es heri triumphaſſe, cum ſuperueniſſet nox, & ciuitatis tumultus, qui diſputationem noſtram diremit, oportunè pro te, pro me importunè.

CANONICVS.

Minimè certè Domine mi, ſed pulcherrima hac aurora allecto mihi, verſiculi ex Ouidianis Faſtis occurrerunt, quibus ſereno feſtiuòq; diei, plauſum viſus eſt facere: Alioqui benè memini, conteſta-

tum te, quod non vis à tractatu Ieſuitarum diſcedere, quouſq; omnia ſint dicta, quæ prò & contrà dici ab vtroq; noſtrûm poſſunt. Quæ cum multa & grauiſsima dicenda habeam ego, in quibus potiùs quàm in dictis, victoria fortaſſe conſiſtit, è re erat, iubendo tacere te, infectum opus meum velle relinquere; quando niſi vrgeas & cogas tu, vt huc vſq; feciſti, non ſum ego adeò liuidus, vt ſpontè velim illis, de bona opinione, quam habent apud quoſdam, licèt ea falſa ſit, aliquid detrahere. Itaq; ſcito, me nihil minùs optare, quàm vt velis ab inceptis deſiſtere. Quare, Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime; confortare & eſto vir, nam adhuc reſtat excorianda cauda.

IESVITA.

Bone Deus, quid tu non adinuenies in iſtos bonos patres? Et caudam ne etiam habent? Adeóne intimè cum illis conuerſatus es, vt & nates illis nudaueris? Noluiſſem certè fuiſſe in loco tuo, cum poſteriora perſcrutabaris. Sed benè eſto. Surgamus, præparentur equi, ſumatur ientaculum; de his agemus in itinere

ſi

ſi tamen non magis placet, vt eamus per aquam; nam ſcaphæ, hinc quotidiè Leódium deſcendunt.

CANONICVS.

Omnia pro arbitrio tuo fiant, Domine mi, qui noſti quid magis conducat. Sed quid de equis?

IESVITA.

Vel poſſumus eos per famulos mittere per terram, vel habere etiam nobiſcum in nauicula; nam & ſolet id fieri.

CANONICVS.

Ego hoc magis probo; neſcimus enim quid famulis poſsit contingere in itinere, præſertim cum dixeris mihi, ſolere etiam hûc excurrere Hollandos latrones.

IESVITA.

Excurrunt certè, & frequenter ſpoliant, atq; captiuant.

CANONICVS.

Nulla igitur cauſa eſt committendi, vt non eamus per flumen.

IESVITA.

Ego vnam reperiebam, ſed leuis eſt quidem.

CANONICVS.

Quam?

IESVITA.

Quòd in nauicula non poterimus de his rebus odioſis agere, propter reliquos, qui ibi etiam deſcendent: nam ſolent eſſe plurimi.

CANONICVS.

Locemus nauiculam pro nobis ſolis propriam.

IESVITA.

Etiam ſic ſoli eſſe non poſſumus; nam ducentes eam, debent intùs eſſe.

CANONICVS.

Ità, ſed nunquid nautæ intelligunt latinè?

IESVITA.

Optime dicis; nec ego aduertebam; quin & in nauicula communi, rari erunt qui latinè ſciant, ſaltem perfectè, vt noſtra hæc poſsint benè intelligere.

CANONICVS.

Quòd ſi intelligerent, quid inde?

IESV-

IESVITA.

Fortaſsè ſcandalizarentur.

CANONICVS.

Scandalizarentur in me; te verò laudarent.

IESVITA.

Quid ſi non intelligentes reſponſiones & defenſiones meas, intelligerent criminationes tuas? Nonne eſſet in præiudicium patrum ſocietatis Ieſu, quos ego amatos & veneratos volo?

CANONICVS.

Profer tu rationes & defenſiones tuas verbis & nominibus macarronicis, vel ita perſpicuis & claris, vt ideo tę non poſsint non intelligere: & ego promitto, me ita, quantùm in me fuerit, obſcuré locuturum & per circulum loquia & anfractus, vt tu ſolus poſsis percipere. Vel etiam ſi vis, reſponde vulgariter: vel agamus ambo ſimul Gallicè, quando iſti eam linguã habent.

IESVITA.

Pulcherrimè, ſcilicet. Ego timeo ne maledicta tua in iſtos patres latinè & obſcurè prolata, intelligantur, & tu iam velles ea proferre vulgaritèr. Dij meliorem mentem.

CANONICVS.

Sed nunquid, cum reſponſiones tuæ ſint ita probantes & efficaces, non ſatius eſt, vt omnes audientes quicquid in illos dici poteſt, videant quàm facile diluatur?

IESVITA.

Ità, ſi natura vulgi non eſſet comparatum, vt cum maiori, delectatione & attentione audiat vitia falſa, quam virtutes veras bonorum. Domine mi, ego famam & honorẽ patrum ſocietatis IESV nolo fortunę committere, nec fidere volo de te, quod ſis locuturus obſcurè, neq; de me quod clarè. Imò vereri me oportet ne inopinatò dilabaris in Gallicum tuum, ſpiritu vel furore aliquo arreptus diuino, more poëtico, videns auditores attentos, qui te poſſunt ſic intelligere. Agamus hodiè de aliqua alia materia. Ego diſpenſo pro hac vice in ſtatuto quod ſuperius feci: & maneat proſecutio intermiſſorum ad pri-

primam commoditatem. Namq́; benè retinebo ad quem te punctum debeá poſtea reuocare.

CANONICVS.

Bibamus igitur ſemel, poſtquam equi & reliqua omnia noſtra ad proficiſcendum parata ſunt, & eamus ad flumen, forſam inter eundum occurret nobis aliquid, vnde oriatur occaſio diſcurrendi.

IESVITA.

Ità fiat: Propino, Domine mi, ex animo.

CANONICVS.

Sit ſaluti, Domine mi: Et tu bone hoſpes, Vale. ADieu Meſsieurs. ADieu.

IESVITA.

Ecce: Ibi eſt Conuentus Franciſcanorum.

CANONICVS.

Et, Sunt ne hic multi?

IESVITA.

Plures muſcis, hic & vbiq́;.

CANONICVS.

Saltem non quærunt diuitias, vt Ieſuitæ tui.

IESVITA.

Si dixiſſes : Non ſeruant, vt patres illi prouidè faciunt de ſuis , dixiſſes verum : Sed quod non quærant vt deuorent, confusè & ſine fructu expendant, non eſt ita certum.

CANONICVS.

Et quid, Domine mi, liberrime ab omni paſsione, ſi dicerem modò , te non eſſe iſtis pauperibus & ſimplicibus Religioſis addictum,de quibus heri incepiſti, & hodiè proſequeris,ita loqui ? Nunquid temerè id dicerem , cum ego nec in minimo te ad ſic loquendum prouocauerim, ſicut tu me, quando Ieſuitarum non recordabar ? Nam neque peruentum eſt ad expoſitionẽ interrogati tui & reſponſi mei, quod comparatione ad alios Religioſos, Ieſuitæ ſint peſsimi : Neq; video cur ita contemptibiliter te geras in iſtos , niſi fortè vt me moueas in defenſionem; ſicut venerabundè & altè loquens de Ieſuitis tuis , in contradictionem monuiſti: Nam fortè ex phiſignomia aut aliqua alia coniectura, noſti me hominem liberalibus altercationibus deditum, & qui libenter

benter contraria ſuſtineam, in ocio præſertim, exercitij gratia.

Quod ſi ità eſt, perge, & ſit nobis hodierna exercitatio iſta, quando inceptam in craſtinum differs. Nam quamuis æquum erat, vt ego non permitterem te malè loqui de iſtis bonis Religioſis coràm alijs in iſta nauicula; ſunt illi ab omnibus ita dilecti meritò, vt quicunq; aſtant, ſurdi futuri ſint ad tua verba in illos: nihil audituri aut admiſſuri niſi in eorum fauorem. Præſertim cum ego ſciam certò, te nihil allaturum præter triuialia, & ſæpius, etiam per ſimplicisſimos, cõfutata, quæ per Ieſuitas & Ieſuiticos obijciuntur. Nam antè quinquaginta annos, vel circiter, cum nondum huius noſtri ſæculi monſtruoſitas, monſtrũm hoc ſpirituale in Ecclesia peperiſſet, non ſolebant circumferri famoſi libelli, in hanc vel alias Religiones antiquas: Etſi inter doctos & pios viros aliquando fuerint ſcrupuli & difficultates, quæ doctisſimis expoſitionibus, & ipſius etiam Eccleſiæ authoritate, dirimebantur. Et hoc vnum mihi ſufficit, vt credam te obſtinatè & perditè eſſe Ieſuiticum, licet abnegares ſanctè; quòd irre-

ueretur loqueris de Religioſis, præſertim de iſtis, qui vel ea ratione ſaltem diligi & honorari deberent à te, quòd maximè con ſentiant cum Ieſuitis.

IESVITA.

Imò ſunt iſti, qui magis Patribus ſocietatis IESV aduerſantur in omnibus.

CANONICVS.

Optimè in ſenſu tuo dicis. Nam Ieſuitæ quærunt redditus copioſiſsimos; iſti reijciunt redditus. Ieſuitæ veſtiuntur & calceantur commodiſsimè, intùs & forìs, lino, lana ac alijs omnibus delicatis; iſti, vna vili tunica aut altera contenti ex ſacco aut groſſo panno, diſcalceati vt plurimùm, ceſſante magna neceſſitate, incedunt. Ieſuitæ habent menſam ſuam politam, ornatam, & opiparè, carnibus optimè conditis, vetere vino, electis etiam bellarijs, nutriuntur; Iſti, raro panem album, nunquam vinum, carnes ter in ſeptimana ſalſas ſemicrudas & immundas, habent in menſa, non ordinaria quidem, neq; ſtatis horis præparanda. Ieſuitæ ad libitum tranſigentes diē, dormiunt ſi volunt tota nocte, in bono & optimo lecto;

Iſti

Iſti in choro & extra chorum, ferè tota die cantantes, & pro deuotione populi officia celebrantes, media nocte ſurgunt, in frigore & in algore, vt Pſalmodijs & hymnodijs, peccatores vitijs ſopitos excitent ad contritionem & laudem divinam.

Et ſi ſic percurrere vis vtrorumq; vitá, verè eſt quod iſti ſint, qui magis Ieſuitis in omnibus aduerſentur. Sed in eo ipſo valde conſentiunt cum illis: Nam facultátes, quas Ieſuitæ quærunt, iſti non curant, relinquentes eas ipſis: Mundum quem in delitijs & commoditatibus vitæ Ieſuitæ amplectuntur, iſti per pœnitentiá illis totum integrum & intactum dimittunt. Qui major eſſe poteſt conſenſus? Nonnè ſi tu aliquid laborares adipiſci, vnde ego partem poſſem obtinere, & tibi totum adipiſcendum & fruendum dimitterem, deberes me propterèa diligere?

IESVITA.

Non ego ſic intelligo vt tu retorques iocosè. Sed dico quòd iſti, his & ſimilibus rationibus inſtituti ſui (quod tamen non obſeruant) laceſſentes Patres ſocietatis IESV, nullum non mouent lapidem,

vt eos ab acceptatione,qua apud populum verè catholicum, & pios Principes, tam Eccleſiaſticos quá ſeculares, recepti ſunt, deturbent; cum potiùs ſi ita eſſet, quod ipſi non irent poſt pecunias & delicias vitæ, non deberent emulari illos quibus in pios vſus, meritò diuitiæ tribuuntur, & vitæ commoditates; in quibus, ſi cum moderamine ſint, nulla eſt culpa, niſi ijs qui cum voto & iuramento illis renunciarunt. Sed quia ſub ſpecie paupertatis, & deſtitutionis bonorum, ipſi ſemper volunt habere marſupia plena, & vt omnes ſint eorum deuoti, vt ipſi vocant, præcipuè locupletes matronæ; grauiter accipiunt quòd patres ſocietatis IESV, meritis vitæ honeſtiſsimæ, doctrina & grauitate ſua, ſibi concilient fauorem diuitum & magnatum; æſtimantes inuidiosè & ignoranter,quòd quicquid honoris vel emolumenti in Societatem IESV confertur, ipſis aufertur; quaſi nulli alij poſsint eſſe in Mundo, qui tantum poſsint habere meritum apud Deum & homines, ob ſuam perfectam, vt dicunt, Inſtitutionem, de qua nihil minùs cogitant, quam vt eàm ſeruent.

CAN-

CANONICVS.

Duo nunc iſtis Religioſis obijcis pro maximis criminibus: nam reliqua dictorum nihil ponunt in re præter imaginationem tuam, niſi non bene percepi mentem. Alterum eſt, quòd detrahunt Ieſuitis: Alterum quòd non ſeruant inſtitutum ſuum; quod & bis tervè repetiuiſti.

Et primum quidem, (ſi quæ heri ego tota die dixi, & cràs volente Deo, audies, vera aut credibilia ſunt) maximum eſt peccatum; ſcilicet. Quò ad ſecundum, ſi non ſeruant Inſtitutum ſuum, vel hoc fit in communi in vniuersùm, vel in particulari in paucis. Si dicis quod in vniuersùm non ſeruent, & id potes bene, aut vis probare, vide ne vel Eccleſia erret, quæ, eos recognoſcit verè Obſeruantes Franciſcanos; vel tu incidas in errorem, quem ipſi hæreſim appellantes, Inquiſitioni te tradant. Et ſi cum neutrum horum ſit, tamen verum ſit quòd ſic in vniuersùm & in communi non ſeruent; Alterius Religionis iſti debent appellari, quia Franciſcanę non ſunt, quam ego defendo.

Si verò in particulari non ſeruant, paſ-

paſsim puniuntur tranſgreſſores per leges, quas habent & ſeruant, vbi obedientia viget & facultas eſt puniendi. Aliter verò ſe habent, quæ Ieſuitæ faciunt ſcandaloſa & iniqua, quia ea publicè & impunè faciunt, imò, vt tu vis defendere, meritoriè, & quædam etiam faciunt, vt videbis, irregularia per regulam (vt ita dicam) & iniuſta per ius, mores approbatos, & ſtatuta ſuà.

IESVITA.

Dimitte patres Societatis per Deum; nonne conuenimus, vt corá populo non agas de illis?

CANONICVS.

Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe, ſi autem tu non dimittis me, nec ceſſas, intrudere in cor meum iſtam peſtilentiam, non vis vt eructem & vomam illam? Non nomines eos tu, & præcide mihi linguam, ſi nominauero. Putas non amaricari totum ſtomachũ meum, quando vel ſummis labijs, eos tango?

IESVITA.

Dominus cor tangat tuum, Domine

mi;

mi; in felle enim amaritudinis video te eſſe.

CANONICVS.

Et aptiſsimè quidem, Symonem illum Magum me facis, qui obtuli peccuniam Apoſtolis illis Luſitanicis, vt darent mihi poteſtatem quòcunq; vellem ire: Sed acceperunt illi prœtium Appretiati, quo appreciatus ſum ab eis; & fecerunt me in Baculo meo tranſire Iordanem: Iudica illos Deus. At verò, Domine mi, iſtas exaggerationes & inuectiones, in tuos illos bonos patres, ne precor accipias adeò ſeuerè, vt non putès eſſe maximam vehementiæ partem iocoſam; alioqui, Deum immortalem, quam ego eſſem immodeſtus & crudelis; & certè puto quod nemo nos intelligat.

IESVITA.

Caninis mordes, & cauda blandiris.

CANONICVS.

Ecce nunc palàm loqueris, & canem me appellas; fortè vt vindices Patres illos tuos, quorum caudam interpretatus es, me dixiſse; àdhuc excoriandam reſtare.

Sed de iſtis bonis Religioſis, quid ampliùs dicis?

IESVITA.

Ampliùs ego nihil poſſum dicere, quàm conſcientias eorum, qui ad minimam occaſioné anguſtias Inſtituti ſui diſtendunt. In communi & in vniuersùm, iuuenes & ſani, qui poſſunt habere commoditatem, equitant; indifferenter, in vniuersùm pecuniarias eleemoſynas, non ſolùm recipiunt ſi offeruntur, ſed & in ſpecie petunt. Vagabundi ſunt, pigri, ignari, indiſciplinati, immundi, inuerecundi, ſuppa & brodio pleni maxima illorum pars, quos laicos vocant, die noctéq; ſtertunt.

Nulla in eis firma doctrina; diligentia in adminiſtrandis Sacramentis nulla, in templis ſuis nulla munditieſ; in Conuentibus ordo nullus, & deniq; nullam habent regulam vitæ, licèt de perfectiſsima Regula gloriéntur. Si prælati ſunt, prophaniſsimi & ſuperbiſsimi, maximè in illis Regnis, vbi magis ſubditos tyrannizare poſſunt obedientes timore pœnæ, vt in Italia & Hiſpania.

Si præ-

Si Prælati non ſunt,& aliqua prærogatiua æſtimantur inſignes; quæ non monipodia, quas non ſubornationes, quæ non flagitia, crimina, facinora, vt in officijs conſtituantur, committunt? Indicibile eſt,atq; incredibile,quantùm in ſuis Congregationibus & Electionibus pro prælaturis obtinendis, peccent. Symonias omnes, Symphonias & Diabolias, vt ſemel luſiſti, committere pro hac ambitione, eſt illis venialiſsimum. Inimicitias, liuores, perſecutiones obſtinatiſsimas, odia veterrima & teterrima in inuicem exercere, ſine miſericordia, ſine reconciliationis ſpe, ſine Deo, ſine anima, ſine humanitate, eſt illis adeò aſſuetum, vt ſit in quarto modo Frateſcum, & connaturale inſeparabile.

Falſa teſtimonia inter eos, pro vna licentia ad foras exeundum, venduntur. Imò gratis in gratiam amicorum dantur. Ab accuſationibus & criminationibus, quibus ſe inuicem, ſuumq; Ordinē, quaſi ex profeſſo infamant & dehoneſtant, apud poteſtatem non ſolum Eccleſiaſticam, ſed & ſecularem,nunquam ceſſant; adeò vt Principes, ad nauſeam vſq;, illo-

Sed de iſtis bonis Religioſis, quid ampliùs dicis?

IESVITA.

Ampliùs ego nihil poſſum dicere, quàm conſcientias eorum, qui ad minimam occaſioné anguſtias Inſtituti ſui diſtendunt. In communi & in vniuersùm, iuuenes & ſani, qui poſſunt habere commoditatem, equitant; indifferenter, in vniuersùm pecuniarias eleemoſynas, non ſolùm recipiunt ſi offeruntur, ſed & in ſpecie petunt. Vagabundi ſunt, pigri, ignari, indiſciplinati, immundi, inuerecundi, ſuppa & brodio pleni maxima illorum pars, quos laicos vocant, die nocteq; ſtertunt.

Nulla in eis firma doctrina; diligentia in adminiſtrandis Sacramentis nulla, in templis ſuis nulla mundities; in Conuentibus ordo nullus, & deniq; nullam habent regulam vitæ, licèt de perfectiſſima Regula glorientur. Si prælati ſunt, prophaniſſimi & ſuperbiſſimi, maximè in illis Regnis, vbi magis ſubditos tyrannizare poſſunt obedientes timore pœnæ, vt in Italia & Hiſpania.

Si præ-

Si Prælati non ſunt,& aliqua prærogatiua æſtimantur inſignes; quæ non monipodia, quas non ſubornationes, quæ non flagitia, crimina, facinora, vt in officijs conſtituantur, committunt? Indicibile eſt, atq; incredibile, quantùm in ſuis Congregationibus & Electionibus pro prælaturis obtinendis, peccent. Symonias omnes, Symphonias & Diabolias, vt ſemel luſiſti, committere pro hac ambitione, eſt illis venialiſsimum. Inimicitias, liuores, perſecutiones obſtinatiſsimas, odia veterrima & teterrima in inuicem exercere, ſine miſericordia, ſine reconciliationis ſpe, ſine Deo, ſine anima, ſine humanitate, eſt illis adeò aſſuetum, vt ſit in quarto modo Frateſcum, & connaturale inſeparabile.

Falſa teſtimonia inter eos, pro vna licentia ad foras exeundum, venduntur. Imò gratis in gratiam amicorum dantur. Ab accuſationibus & criminationibus, quibus ſe inuicem, ſuumq; Ordinē, quaſi ex profeſſo infamant & dehoneſtant, apud poteſtatem non ſolum Eccleſiaſticam, ſed & ſecularem, nunquam ceſſant; adeò vt Principes, ad nauſeam vſq;, illo-

rum hiſtorijs repleti ſint; & prophani iudices, multos eorum in carceres laicos conijcere coacti fuerint, ſæpiſsimè. Sæpè monaſteria Sanctimonialium perfodientes, intùs in ipſis carnalibus actibus comprehenſi ſunt. Innumeri proceſſus & inſtrumenta publica extant, quòd alterutrum veneno petiuerint, atrociter percuſſerint, proditoriè occiderint: quin parricidia non ſunt apud illos rara.

De furtis eleemoſynarum à populo, pro ſua ſuſtentatione, pro Eccleſiarum & Domeſticarum ruinarum reparatione, contributis, ſæpiſsimè accuſati & conuicti ſunt. Terminarij illi ſui, quos vocant, circumquàque per pagos & campos mendicantes, omni die apud meretrices reperiuntur, de bonis, quæ à ſimplicibus ruſticis extorquent, conuiuantes. Generales, Prouinciales, & guardiani eorum, in triennijs ſuis, ex principum & populi eleemoſynis, oblatisq; pro neceſsitatibus falſis, quas ipſi adinueniunt, quis decem millia, quis quatuor, quis duo millia ducatorum reſeruantes; tota vita poſteà lautè viuunt; vel ſaltem vſq; quo iterum eadem officia, ijsdem officij pecunijs emant;

mant; interim propinquos ſuos, filios nonnunquam, ditantes.

Adeò vt ſit dictum inter illos commune; quòd nulla pro Guardiano ſeu præſide, ditior poſsit eſſe India, aut magis lucratiua mercatura, quàm, ſi vel templum ruat, vel dormitorium ſit erigendum; qui pro ſimilibus per totum Mundum pecunias quæritantes, decuplò plures colligunt, neceſſarijs.

Iam deuotiones eorum, quas vocant, cum viduis, cum nubilibus & liberis fœminis & monialibus publicas, cum nuptis ſecretas, quis poterit enarrare? Quis turpia & abominanda, quæ hic committunt, credere? Quis cæcitatem populi Chriſtiani, qui ea audit, ſcit, videt, & fert, dignè admirari poteſt? Dixi.

CANONICVS.

Et pauciſsima quidẽ, reſpectu eorum quæ oblitus es, aut fortaſsè in poſterùm reſeruaſti; nam quòd nolueris dicere, niſi aliud iubeas, ego non credo. De articulis fidei, & contemplatione Mariæ, nihil credo libet attingere, in hos religioſos. De actione verò Marthæ, incipiens à præce-

ptis Decalogi, debuiſſes commemoraſſe, imprimìs, quòd Deum non amando, iurent; Sabbata non ſanctificent; Patrē non honorent; cum reliquis; ex quibus tamen quædam dixiſti; Poſteà debuiſſes perſequi Eccleſiæ præcepta quinq;, & ibi examinare quid peccent; Deinde ex ſeptem peccatis mortalibus, quænam committant; Quinq; ſenſibus corporalibus quomodo irregulariter vtantur; Quatuordecim opera miſericordie quòmodo non exerceant: Et ſic feciſſes abſolutum Cathalogum, accuſando iſtos; ſicut quis ſe debet accuſare, cùm vadit ad Confeſsionem faciendam, illis quos vetas nominem: & ſicut monui te, quòd deberes facere per alteram partem Secundæ diui Thomæ, quando incepiſti virtutes eorundem perpendere & annumerare.

Sed, ſi placet attendere, Duos mihi homines ex Franciſcanis tantùmmodo, tota iſta oratione pinxiſti: Alterum ſuperiorem, ſubditum alterum. Nam quòd omnes ſuperiores & omnes ſubditos his coloribus volueris comprehendere, non puto; niſi fortè in illis duobus primis accuſationibus, de equitandò, & de recipiendis

endis eleemoſynis pecuniarijs: Nam ibi tantùm, In communi, & In vniuerſum, dixiſti; licet non ſatis certè, neq; id, niſi ad alia tranſeundo, admittam. Itaq; ſuperiorem & ſubditum; dico ſuperiores quoſdam & ſubditos, inter Franciſcanos, diſcolos, ignaros, auaros, infideles, cum cæteris vitijs & criminibus, quæ in illis neſcio quomodo inueniſti, (de quo tamen te interrogabo poſtèa) ob oculós ponis: De quorum exceſsibus toti Religioni pijſsimæ infamiam inuris.

Dico & amplius (vt tibi faciam rem gratam, & tecum, quantùm poſsibile cum veritate & ratione ſit, in omnibus conſentiam) multos ex Franciſcanis ſubditos & prælatos, fortaſsè verè de his omnibus accuſas atq; conuincis.

At, ſcire te volo, eſſe in Religione Franciſcana quam de Obſeruantia vocant, (nam de his agimus, nonné ità? Ieſuita. Ita) ad centrum ſexaginta millia Religioſorum.

IESVITA.

Vndè hoc ſcis, adeò precisè & in numerato?

CANONICVS.

Per monumenta & conſtitutiones eorum, quas omnibus, in linguis etiã vulgaribus, communicant, & permittunt librarijs vænales; aliter atq; illi, quorum me nomenclaturam tacere vis, qui Conſtitutiones & ſtatuta ſua non minùs occultant, quàm ſi per illa eſſent damnandi.

IESVITA.

Et ego legi Conſtitutiunculas has; Sed non computantur ibi; niſi ſum oblitus.

CANONICVS.

Ibi numerantur & nominantur, centum, quas vocant ipſi, Prouincias, circiter; & vt experientia conſtat, & tradunt curioſiores illorum: quælibet Prouincia, vna portante aliam, (nam ſunt multæ quæ plures, quædam quæ duplicatos habent, licet aliquæ pauciores) habet quadraginta Conuentus, quorum quilibet, facta de eis ſimili conſideratione, habet ad minùs quadraginta Religioſos; nã & ſunt aliqui qui habent quadringẽtos, trecentos, multi qui ducentos, centum quinquaginta, centum. Vndè, ſupputatione facta, inuenitur

nitur in quatuor millibus Conuentuum, numerus Religioſorum, quem dixi.

IESVITA.

Et numeras ne hic, Capucinos & Conuentuales?

CANONICVS.

Minimè. Nam & ſi eiusdem Religionis ſint, habent ſua peculiaria indulta & ſtatuta, & proprios Prælatos Generales, quibus ſunt ab iſtis Obſeruantinis ſeparati.

IESVITA.

Rem narras admirabilem.

CANONICVS.

Ergò, tam numeroſi cum ſint, & nec obolum quidem habeant redditus annualis, viuentes in mendicatione perpetua omnium, quæ ad vitam ſunt neceſſaria, & excurrentes, maxima eorum pars, ſine vlla ceſſatione, aut quiete, pro commoditatibus ſuis & cæterorum procurandis, præſertim ſæculo corrupto, in quo vt abundauit iniquitas, refriguit charitas omnium: Et quando nouæ Religiunculæ quædam, ſectæ, hyppocriticæ inuentiones

exortæ, auitam illam, in vera virtute & pietate, conſtantiam debilitant, oſtenſione & oſtentatione nouorum, viuendi licentiam facientes, & obſeruantias veteres reprobantes; quas non putas eos occaſiones & ſcandala reperire, quæ vincere poſſent, & proſtrare, non ſolùm fragiles homunciones, in Religione præ diuturnitate fatigata & fatiſcente, & præ tanta multitudine imperfectiùs inſtitutos, ſed & Herculeas columnas?

Mirare potius, (quod & valdè mirandum eſt) quòd quando magis tibi & alijs emulantibus, videntur iſti religioſi, Infixi in limo profundi, nec videtur habere eorum Religio ſubexiſtentiam ſeu ſubſtantiam, intrantibus, ſecundum iudicium maleuolorum fluxibilibus corruptionum aquis vſq; ad animam; his, ſcilicet tuis & meis temporibus, Deus ſaluos & ſanctos faciat ex illis multos; quos, & in confuſionem mordentium, permittit, ab Eccleſia, pro Diuis haberi & Canonizari.

Mirare potiùs, (quod & eſt admiratione digniſsimum) quòd cum omnes ferè, liberi & ſoluti legibus, arbitrio ſuo ſolo traditi, per campos & inuia vaguentur;

pro vno quem ex iſta Religione reperias confuſibilem, ex alijs Religionibus reperies quattuor; cum tamen omnium aliarum Religionum Religioſi ſimul ſumpti, ad medietatem iſtorum in numero, non perueniant: Quæ eſt etiam res explorata.

Mirare potius, (quod puto te nunquam conſideraſſe) quòmodo vi illa & vigore meritorum apud Deum ſanctiſsimi Inſtitutoris ſui vigente & virente in perpetuum, etiam cum iſtis defectibus (qui fortè non niſi à tempore Inſtitutionis tuorum patrum, quos taceo, in publicū prodierunt, procurantibus eisdem, vt ſuæ, adhuc inuiſibiles & arcaniſsimæ perfectiones magis aliquando, eluceſcant) aliquorum manifeſtis, quos negare non volo, amantur età tenerè & affectuosè à populo & omni homnium genere, vt nemo qui audiret & intelligeret te, non ſuccenſeret, & dicta tua ferret ægerrimè: Quod non facerent, audientes malum dici de illis alijs quos ſcis, in quorum maledictiones, neſcio quo ineffabili myſterio, ſunt omnes età propenſi, vt meritò tibi timendum fuerit, ne iſti in hac nauicula haberent me doctorem & ducem in dicendo,

cendo. Sed quæro ex te, vbi iſta, quæ adeó memoriter in hos Religioſos narras, didiciſti?

Nam quòd nunc non reſpondeam ad illa prima capita, & capitalia crimina, quæ dixiſti hos, in communi contra ſuam Inſtitutionem committere, equitantes ſine neceſsitate, & quærentes pecuniarias eleemoſynas, etiam ſine neceſsitate; cum neutrum contra proximum aut Eccleſiam, aut Rempublicam Chriſtianam ſit, etiam ſi vtrumq; ità vt dicis, ſit; (quod tamen non eſt niſi per iudicium, neſcio quale tuum) contemnendam criminationem putaui. Neq; iudicaui oportere, niſi ſic in communi ad obiecta reliqua reſpondere, cum quædam iaculatoria tantùm ſint, quædam communia omnibus aliorum Ordinum Religioſis, etiam tuis, quos vis ſuppreſſos, & ego vellem ſtrangulatos, vt nociuos Reipublicæ & Eccleſiæ, quales iſti non ſunt.

IESVITA.

Conſilium eſt; conuitia quæ negare non poſsis, contemnendo & irridendo diſsimulare & incerta reddere.

CANONICVS.

Iſte lapis mihi videtur recidere in caput tuum, qui ſoles in obiectionibus meis recurrere ad Symbolum Apoſtolorum, Credo in Deum; quando deriſio non videtur habere gratiam. Ego verò nihil, neque negaui, neque contempſi, quod recta ratione, etiam expoſita, non fuerit contemnendum; & ſi placet, & tibi videris cauſam obtinuiſſe, appello hos præſentes iudices, & repetamus vulgariter.

IESVITA.

Minimè, Nequàquam; Tace; Abſit hoc à me; Eſto vt vis, tantum iſtos, altercationibus noſtris, non ſcandalizemus.

CANONICVS.

Alia in parte certè habes dolorem; ſed dic vbi & qualiter iſta didiceris?

IESVITA.

Hiſtoria eſt.

CANONICVS.

Attentum me habes,

IESVITA.

Fuit vir vnus

CANONICVS.

Expecta parum: De Rammathaim Sophim, de monte Ephraim; & nomen eius Helcana, qui habuit duas vxores, nomen alterius Anna; & altera vocabatur Phenenna.

IESVITA.

Sine me loqui; Quid ſibi volunt ineptiæ iſtæ?

CANONICVS.

Ignoſce, ſiquidem non acceptas obſequium meum. Poſtulaueras grauitèr attentionem pro hiſtoria, & incepiſti abſolute primi libri Regum Caput primum; pergebam ſequentia recitare, vt videns me eam hiſtoriam legiſſe & ſcire; aliam, mihi ignotam narrares, nec te fatigares incaſsùm.

IESVITA.

Quaſi dicas, quòd nihil me, ſperes, ad propoſitum adducturum.

CANONICVS.

Quid ſcio? Video te præcogitantem; neque tale quid puto, Sed Prophetia forſan eſt iſta tua. Iam narra.

IESVITA.

Fuit Prixinæ in comitatu Tirolenſi, vir in concionando excellens inter iſtos, Iohannes Náás vocatus, cuius vita, & ſi eſſet in aliquibus nō omninò probabilis (quod ego niſi quia tam liberè & amicè, de quibus volumus, loquimur non dicerem) doctrina tamen erat Catholica & ſalutariſsima, vt omnium applauſus demonſtrabat. Hic cum aliquando in Bauaria concionaretur, Ego qui, tunc iuuenis, apud patres Societatis Ieſu ſimplicioribus illis literis imbuebar, bona indole & animo præditus, cępi conciones hominis fræquentare, & guſtare ſaliuam; Affectus tandem illi, cępi paulatim declinare à Patribus magiſtris meis, quibuſdam quæ iſte mihi familiariter proponebat, commotus. Namq; cum haberet ſibi amicos quoſdam propinquos meos, ego, apud illos, eram iſti frequens & aſsiduus. Habebat is mirè attratiuum conuerſandi modum; eratq; in dicendo læpidiſsimus. Et quadam die, cum eſſemus ad focum, eia, inquit, fili, locus in Conuentu & habitus præparatus eſt, quandoplacuerit, poteris

no

noſtram Religionem ingredi. Dimitte prorsùs Ieſuitas hos, ciuibus, vt vides, odioſos, qui ſe te cæperint, oculos, etiam eruent matri & ſororibus tuis (nam patrem nec fratres non habebam) dicentes pertinere ad hæreditatem tuam. Sed nequè apud eos propterea maiorem habebis commoditatem vitæ, quàm apud nos; quibus, cum Patri, matri, fratribus aut ſororibus indigentibus, noſtra propter Deum dimiſerimus, nihil omninò deeſt, imò omnia abundant. Ego etſi tunctùnc nihil certi viro reſpondi, nec ſignum acceptandę conditionis dedi: Penetrarunt tamen in cor meum audita, tùm quia, per magiſterium Patrum ſocietatis Ieſu, deditus omni pietati eram, cùm quia in animo iam diù erat, quomodòcunq; poſſem, matrem ſororesq; iuuare. Et cum rem aliquàndiu in cogitatione voluiſſem, accedo quadam die magiſtrum meum, & dico illi: Pater, da mihi

CANONICVS.

(Subſiſte:) Portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit.

IESVITA.

Vade

Vade in malam rem. Non vis ceſſare à ſcurrilibus? Niſi certè quia Franciſcanus volebam fieri, prodigus, vt filius qui illa dixit, euaſurus eram.

CANONICVS.

Dextrè contortum ſanè telum. Sed ego Patrem illum, eum qui primo geniture hæreditatem habentem filium, vellet potiùs in domo ſua retinere, cogitabam. Nunc proſequere.

IESVITA.

Pater, inquam, & magiſter mi reuerende, da mihi, ſi placet, conſilium; Ego ab aliquibus diebus habeo animum intrandi Religionem Franciſcanam, & timeo, ne non ſit hæc vocatio à Deo. Ille vt erat maturus & prudens, interrogauit à me, quibus motiuis id in animum induxiſſem. Narraui illi ſuaſionem Prædicatoris, & quomodo, nil mihi tale cogitanti, obtuliſſet liberum ingreſſum; inſuper & quod mihi etiam videretur ſatis meritoria coram Deo, ea via, & adiuvandas matrem & ſorores ſatis oportuna.

Aſſenſit quidem his rationibus bonus

Pater: Sed formabat ſcrùpulum, eo quod non ſpontè ex me ipſo deliberaſſem ſuper hoc, ſed per ſuaſionem & excitationem alterius: & dixit ſępius mihi: Fili, iſti Religioſi temerè aliquando conſulunt hos ingreſſus ſuæ Religionis, & recipiunt non examinatos neque probatos, vnde & recipientes & recepti poſtea pœnitent.

CANONICVS.

Permitte, me vnum verbum ad aurem tibi dicere.

IESVITA.

Dic; ſed caue ne alij audiant, ſi diffamatorium eſt.

CANONICVS.

Vidi ſemel oculis meis Iuuenem prædiuitem, prophaniſsimum, mundaniſsimum & perditiſsimum, vt amaſiam ſuam turbaret, turbatum ipſum & furibundũ, iuiſſe ad hos tuos, & popoſciſſe feſtinanter ſe recipi in Religionem. Nec tranſierunt viginti quatuor horæ, quòd venientibus parentibus eius, vt viderent & alloquerentur illum, fuit negatum omninò

n inò colloquium & acceſſus, tanquàm nollet ille, nihil tale ſciente ipſo, vt poſtea narrauit publicè; nam & fuit ferè duos menſes apud illos nouitius.

IESVITA.

Fortaſsè ità factum eſt; Sed veritatem dictorum Magiſtri mei, poſteà probauit effectus.

CANONICVS.

Itaq;, (quid opus eſt pluribus?) ingreſſus es Religionem?

IESVITA.

Ingreſſus: & dum probabar & probabam in habitu, celebratum fuit in eo Conuentu, quod ipſi vocant, Capitulum, vbi electiones ſuperiorum fiunt.

CANONICVS.

Sed quid tandem tibi contigit, vt tuam Religionem non tuteris? Eiecerunt né te, an tu aufugiſti?

IESVITA.

Neutrum; ſed cùm bona omnium venia, pôſt ſex menſes exiui.

CANONICVS.

Credibile eſt; cum bona omnium veniaſ; ſi te expulerunt.

IESVITA.

Imò ipſis inuitis & contrarium ſuadentibus, ego volui in ſæculum redire.

CANONICVS.

Quomodo igitur cum bona omnium venia?

IESVITA.

Hoc eſt dicere: quod non furtiuè, aut ipſis ignorantibus, abiui.

CANONICVS.

Et omnia quæ commemoras vidiſti & intellexiſti Nouitius?

IESVITA.

Et plura: Namq; adeò confuſſè, incautè & imprudenter agunt iſti ſua, vt Nouitijs & famulis ſuis cuncta permittant videre & ſcire.

CANONICVS.

In hoc certè ſatis ego ſcio eſſe circumſpectos & callidos tuos illos, qui Sacramenta

menta faciunt ex leuibus quibuscunq; ritulis ſuis. Sed, Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; aſtutus conſiderat greſſus ſuos, ait Salomon. At verò, qualiter ferebas illius Nouitiatus labores?

IESVITA.

Ne me id rogés, quæſo; nam in furiam penè agor, dum memini inhumanitatem iſtorum. Miſeros iuvenculos ità tractant, ac ſi canes eſſent. Nudos, famelicos, ſitibundos, inſomnes, pauidos, ingénuos aliòqui adoleſcentes, perpetuò cogunt eſſe, ità vt terrefactos à dæmonibus & illuſos putares. Præceptorem non alium illis conſtituunt, quàm qui ſtupidiſsimus, indiſcretiſsimus, & crudeliſsimus omnium ſit; qui optimum quemq; & inſontem, iniquis verberibus primò caſtigat, diſcolis potiùs parcens.

CANONICVS.

Et tibi verbera ne, an veniam dabat?

IESVITA.

Verbera? innumerabilia

CANONICVS.

Ergò,

IESVITA.

Quid ergo?

CANONICVS.

Igitur.

IESVITA.

Quid igitur?

CANONICVS.

Miror tarditatem & ſocordiam tuam.

IESVITA.

Quid hoc?

CANONICVS.

Nonné recordaris Prophetiæ tuæ?

IESVITA.

Cuius?

CANONICVS.

Quod hiſtoria tua nihil deberet afferre ad propoſitum.

IESVITA.

Et quare hoc? Nonné expoſui & probani, vnde rectè potuerim didiciſſe vitam iſtorum?

CANONICVS.

Expoſuiſti id quidem; Sed quòd illam peſsimam vitam eorum,in Nouitiatu potueris didiciſſe,tantùm abeſt,vt expoſueris,quòd probaueris potiùs te nihil ibi didiciſſe,præter peſsimam vitam ipſam tuam,vnde & vitam illorum calumnijs perſequereris,

IESVITA.

Peſsimam né ego ibi vitam meam?

CANONICVS.

Er non poſsimè te vixiſſe putas, vbi nudus, famelicus, ſitibundus, inſomnis, pauidus, & velut illuſus à dæmonibus & terarefactus vixiſti? Vbi verbera plurima, venia tibi nulla erat? Igitur iſti Religioſi examinát, probantq; recipiendos ad Profeſsionem, vt neq; recipiens neq; receptus iure pænitere poſtèa poſsit. Ergò vitam omninò contrariam illi corruptæ, quam in aliquibus deteſtaris, inſtituunt & docent tyrones ſuos, per præceptores auſterisſimos. Ergò abuſus & corruptelas tantùm morum inter eos,in aliquibus ex infinito numero,deprehendens,vitam communem & inſtitutam pro omnibus, cum probaueris, & expertus fueris,auſte-

ram, laborioſam, pauperrimá minimeq́; humanæ fragilitati aut ſenſualitati amicam, confiteris.

Et quidem imprudens in eum locum incidiſti, vbi iam aptè poſſem tuos illos patres ad quorum lenia & ſuauia, iſtis Religioſis relictis, reuerſus es, comparatione ad omnes alios, reprobandos monſtrare. Sed video ciuitatem antè nos propè, & rem pluribus debere doceri, quàm quæ eó vſq; dici poſſunt.

IESVITA.

Nec opus eſt longiori diſputatione: quam gaudeo, te hîc velle dimittere, vbi de quibusdam huius loci mirabilibus aliquid audias. Videſnè illud flumen?

CANONICVS.

Noui etiam qualiter vocetur, & vnde hàc currat. Nonnè eſt Moſſa, & à Burgundia, per Galliam, hîc Brauantiam & Germaniam diſcindit?

IESVITA.

Sic Sed (quod mirabile ſatis eſt, & puto te non audiuiſſe) ſubtùs flumẽ in tranſuerſum, ab altero latere ciuitatis ſubtèr

totam,

totam, vſq; in campos illos, Speluncæ aut grutæ multæ ſunt, per quas eruitur quodam genus lapidis nigri, ab alta profunditate, quo tota iſta patria vtitur pro carbone & materia ignis.

CANONICVS.

Et, Eſtné verus lapis?

IESVITA.

Tu videbis.

CANONICVS.

Audiueram & dubitabam.

IESVITA.

In promtu res eſt.

CANONICVS.

Placet certè videre & experiri: maneamus hîc cràs.

IESVITA.

Non opus erit. Tempeſtiuè ſatis accedemus, vt videre omnia poſsis; nam non longè diſtant ſpeluncarum ora.

CANONICVS.

Tantò meliùs: habeo gratiam quod me monueris. Et ecce certè ſumus ad portū.

IESVITA.

Non adhùc; Sed ſi vis hîc exire, poteſt fieri.

CANONICVS.

Exeamus, ſi ſumus propiores hoſpitio.

IESVITA.

Sumus quidem, vni, in quo habeo notitiam: Hola, battelier, bontez nous ici en terre. Ie le venlx ainſi come il vous plaiſt Monſieur.

DIALOGVS
QVINTVS.

IESVITA.

BONA DIES, DOMINE mi, chariſsime in CHRISTO.

CANONICVS.

Benè venerit Dominus; Numquid rectè omnia ſunt? Fecit né Dominus apud amicos bonum Cherubim?

IESVITA.

Fuimus vtcunq; hilares: Sed ego non dimiſiſſem te ſolum in hoſpitio, niſi quia, (vt feci tibi renunciari per famulum, ne me expectares ad cœnam) inueni compatriotas honeſtiſsimos atq; amicos, qui me coëgerunt.

CANONICVS.

Ego quidem, cum famulus tuus venit, adhùc non eram reuerſus ex grutis illis; nec aliud ab hoſpite audiui, niſi quod non deberes venire ad cœnam. Sed, manent nè illi in ciuitate hac, an casù eos inueniſti?

IESVITA.

Fræquentes hîc ſunt Bauari; nam Princeps huius ciuitatis Bauarus & frater Ducis Bauariæ cum ſit; & multos habet domi, & excipit quotidiè venientes.

CANONICVS.

Itanè? Frater Ducis Bauariæ eſt Princeps Leodienſis, qui eſt etiam Elector imperij?

IESVITA.

Vt narraui. Et eſt ipſe Princeps ditiſſimus

CANONICVS.

Ego nonnulla, & quidem præclara, audiui de Principe Leodienſi, ignorans quis aut cuiàs eſſet, præſertim quòd vir valdè induſtrius ſit, & naturali Philoſophiæ, quæ ſola mihi ſcientia nuncupanda videtur, affectiſsimus.

IESVITA.

Imò in ſuperlatiuo huius affectionis nonnihil fortaſsè peccat.

CANONICVS.

Et Ieſuiticum hoc ipſum mihi videtur, quòd ſuccenſeas Principi ingenioſo & generoſo curiosè philoſophanti. Velles ne potius talem Ieſuiticis blanditijs & ſuperſticioſis exercitijs mollem, inertem, (ne peiora dixerim) fieri? Peream, niſi is aliquid minùs de nimia affectione in Ieſuitas habet, vnde tu defectum in illo vides; cum deberes potiùs indè ſtrenuum diſcretumq; Principem iudicare.

Mirabar quomodo Patres ſocietatis Ieſu tamdiù dimittebas in pace. Sed hora eſt proficiſcendi; de his in itinere agemus;

mus: nam habemus, Aquiſgranum vſq;, decem horarum viam, & ſi non ſint niſi ſeptem milliaria.

CANONICVS.

Inuitum me diuellis ab hoc propoſito; nam diù eſt quod ſum Principi huic addictus, propter optimas eius virtutes: & occaſiones quæro, vt illum fama mihi ſatis laudatum, magis laudem.

IESVITA.

Quid ſi fratrem Ducem Bauariæ noſſes?

CANONICVS.

Quid?

IESVITA.

Nihil amplius. Accingamur potiùs ad abeundum.

CANONICVS.

Eamus; ſed me iſta reticentia impręgnaſti.

IESVITA.

Contine parumper dolores partus; citò poteris ad auram clamare. A Dieu mon hoſte; Meſsieurs Dieu vous conduiſſe.

CAN-

CANONICVS.

Ecce, in campo ſumus, vbi nemo audire, aut intelligere nos poteſt: redeundum eſt ad intermiſſa; niſi iterum differre vis id, in quo te, dixiſti, pro ſola illa vice, diſpenſare.

IESVITA.

Omninò placet. Et vt videas me magis quàm putas promptum; Eo in loco deſijmus nudiùs tertius, vbi te, dixiſti; in gratiam mei, plurima mala, quæ contra Patres ſocietatis Ieſu poſſes dicere, ſubticere. Tuum eſt nunc, (cùm ego eam gratiam non acceptem, neq; vndè pro gratia tale commentum debeam habere, videam) ſiquid amplius habes, adducere; vt ſingulis, ſicut hactenus feci, reſpondeã.

CANONICVS.

Feciſti me illo, Si quid: meminiſſe, moralis interprętationis Petri ad Boues, concionatoris antiqui, ſuper illis Epiſtolæ Petri verbis: Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati; Vbi in illud, Siquid; ac ſi diceret, inquit; Non ſunt condigne paſsiones huius temporis ad futuram gloriam; Nam, Siquid, quod parum eſſe

poteſt

poteſt quidẽ, & reputari debet, &c. Itaq; ſiquid habeo, inquis, quaſi parum certè poſsim habere, aut nihil, in hos dicendum.

Sed vt tu videas, etiam me pluribus dicendis abundare quàm putas: reuoco te ad capita illa, quibus in primo noſtro congreſſu dixiſti ſic: Si fundamentis realibus & rebus ipſis potueris me docere, Patres ſocietatis Ieſu non eſſe ità neceſsarios in DEI Eccleſia, & dignos atq; ab omnibus pijs Catholicis æſtimantur, eris mihi magnus Apollo. Et ad id quod ego dixi in ſecundo noſtro colloquio; Quòd primùm quidem per ſe, deindè per comparationẽ ad alios Religioſos, tuos Ieſuitas iudicem reprobandos. Nam fundamentis realibus & rebus ipſis docere te volo, vt dicis tu, Ieſuitas non ſolùm non eſſe neceſſarios in Eccleſia DEI, ſed & eſſe nociuos, & indignos acceptatione; per ſe primò, & ſecundò per comparationem ad alios Religioſos omnes.

IESVITA.

Dicebas adhuc reſtare caudam excoriandã: Sed vt video, neq; caput tetigeras.

CAN-

CANONICVS.

Si tetigeram aut non, nemo te meliùs ſcit, cui os incępit areſcere ſemel, iterum ſanguis refrigit, tertiò me iſtos nominare prohibuiſti.

Sed, vt caput adhùc intactum petam; (quoniam de quęſtione, An ſit, conſtat) quæro iam primò ex te? Quid eſt Ieſuita? I.

IESVITA.

Ego id quidẽ neſcio, nî prò deriuatiuo velis accipere, à quodam Ieſui, ex quo fuit Familia Ieſuitarum, vt in neſcio quo libro Penthateuci habetur: nam fuit quædam Iudica Familia ſic deriuata & nominata.

CANONICVS.

Et hoc à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet Pontifex anni illius Prophetauit: hi hi hi.

IESVITA.

Quid ità cachinuaris? Lætus ego quidem ſum tibi iam ſecundò, Propheta; Sed de ſpiritu tuo; nam neq; Is ego ſum, neq; filius Prophetæ.

CANONICVS.

Sine me per Deum : Facies me effundere viſcera præ riſu. Potuit ne ſalſius quicquam in Mundo dici?

IESVITA.

Quid aliud potui reſpondere, cum facias mihi friuolas quæſtiones de Nomine, & de incognito mihi mihi nomine?

CANONICVS.

Non noſti Ieſuitas?

IESVITA.

Non.

CANONICVS.

Patres ſocietatis Ieſu non noſti?

IESVITA.

Noui hos quidem.

CANONICVS.

Benè eſt; iam te intelligo. Noſti nè etiam fratres Ordinis diui Franciſci?

IESVITA.

Intùs & incute eos noui; quid indè?

CANONICVS.

Quomodo appellantur iſti?

IESVITA.

Franciſcani, vt alij Dominicani, Benedictini, Carmelitani, Auguſtiniani, cum reliquis.

CANONICVS.

Et vndè ſic vocantur omnes iſti?

IESVITA.

Ab his qui eorum Religiones inſtituerunt.

CANONICVS.

Et, non ne eſt Religio quædam Societatis Ieſu?

IESVITA.

Imò, & quæ gaudet priuilegijs omnium aliarum.

CANONICVS.

Et totius Mundi potuiſſes adijcere. Sed quomodo vocantur Religioſi iſtius Ordinis?

IESVITA.

Clerici Societatis Ieſu, appellantur in Concilio Tridentino, & Religio eorum, Ordo clericorum Societatis Ieſu.

CANONICVS.

Sed ſi quis vellet eos, abreuiando iſta

vocabula, ſimpliciter nominare, vt ſit de alijs, quomodo deberet dicere?

IESVITA.

Ego neſcio; ipſi nondum videntur determinaſſe; quia ſaltèm Ieſuitas communiter non ſe nominant.

CANONICVS.

Fortè determinabunt in prima œcumenica Synodo congreganda, & interim non volunt nominari, vt nollebas eos nominatos in nauicula. Aut fortè quia moderni valdè ſunt, res ſuas prius benè ſtabilientes, de nominibus non curant. Sed quid ſunt in re, iſti patres Societatis Ieſu, quandò nomen non habent, quo neq; Ieſuani, neque Ieſuitæ, neq; Ieſuitani, neq; Societani, neq; Sotiani, neq; Sotiabiles, neque Sotiati, neq; Sociabilitani, vocantur?

IESVITA.

Sunt pij homines, adunati in vna Congregatione ad ſeruiendum Deo, in quodam cultu.

CANONICVS.

Itaq; qui dixerit: Clericum Societatis

tatis IESV, dicet pium hominem.

IESVITA.

Tolle, pium, ex definitione, ſi generat difficultatem, nam non eſt de eſſentia.

CANONICVS.

Et quid ponam pro eo? Impium?

IESVITA.

Ne, quæſo, blaſphemes.

CANONICVS.

Rideo. At, vnde habet ortum iſta Congregatio? Eſtné æterna? aut habuit ne aliquod principium?

IESVITA.

Imò habuit Inſtitutorem ſuum.

CANONICVS.

Quis fuit? Qui vocabatur?

IESVITA.

Fuit ſanctus, & vocabatur Ignatius.

CANONICVS.

Tranſeat eius ſanctitas. Fuerit vel non: Nomine Inſtitutoris, quarè iſti non appellantur ſicut alij? Cur non honorant

principium ſuum, appellatione Ignaciſtarum, aut Ignacinorum?

IESVITA.

Quandò his impertinentibus Nominalibus ità heres, vole ſcire te, popularem erroneumq; eſſe morem nomiandi Religioſos ab inſtitutoribus: qui quidem nomina non ſua, ſed aliunde poſititia ſuis Religionibus tradicere. Sic Baſilius & antiquiores illi, Monachos, hoc eſt ſolitarios, non Baſilianos aut Antonianos appellauerunt ſuos imitatores. Auguſtinus, (ſi tamen aliquam Religionem inſtituit) Heremitas nominauit ſuos. Albertus Hieroſolimorum Antiſtes, (ſeu Elias Propheta, vt ipſi ridiculè dicunt) Carmelitas habet diſcipulos, non Albertinos ſeu Elianos. Franciſcus, ordinem Minorum, non Franciſcanorum, inſtituit aut vocauit; & Minores, non aliter, voluit ſuos diſcipulos vocari. Alter Franciſcus, qui de Paula dicitur, Minimos, ac Ordinem Minimorum ſe dixit inſtituere. Vt videas, ſi ij omnes aliter ſe nominant, perperàm id fieri: nec debere te, ſuperuacanea iſta vehementia inſtare, vt Patres ſocie-

 tis

tis Ieſu ab accidentali Inſtitutore nominentur; qui voluit potiùs, eos à formali & vero ſuo Magiſtro Ieſu, quem ſecuntur, denominari, per aliquem modum communicationis, vt eſt Societas.

CANONICVS.

Benè eſt: Sed cum nihilominùs alij Religioſi permittant ſe nominibus ſuorum inſtitutorum vocitari, ſitq; illis id honorificũ & pie glorioſum; Cùr iſti tui, neq; Ieſuitas ab eſſentiali, neq; Ignaciſtas ab accidentali, vt dicis, Magiſtro, nominari ſe ſinunt? Hæc eſt mea interrogatio. At verò, reſponſione iſta tua, cum ſanctorum illorum & Religionum quas nominaſti, paupertatem ſpiritus, humilitatem modeſtiamq;, in abiectis demiſisq; ſuis nuncupationibus demonſtraueris; horũ audaciam, arrogantiamq; Luciſerinam patefacis. Nam vide quæſo, quàm differat ab appellatione Sociorum vnigeniti filij Dei & Regis gloriæ Ieſu, nomen Minoris, Minimi & Heremitę. Vbi & ſi reſpondere velles, etiam illum Ieſum Seruatorem vermem & non hominem ſę, ore Prophetico voluiſſe nominari: Tamen

men hoc glorioſiſsimum Nomen, cui Omne genu cęleſtium terreſtrium & infernorum flectendum eſt, temerè vſurpari à miſeris homuncionibus, pro Societate, nemo pius negabit.

IESVITA.

Dimitte iam iſtam lanam caprinam, ſi placet.

CANONICVS.

Putas ne parum nos his interrogationibus & reſponſionibus effeciſſe; colligendo quòd iſti nullo nomine nominentur, cum ſunt vel ab homine, nomen habente, aut in loco aliquo, vndè nominari deberent, Inſtituti? Putas parùm hoc eſſe argumentum, ad probandum, quòd qui verè nollunt nominari à quo ſunt, fictè illius nomen vſurpauerint, ex quo nihil habent. Lana quidem caprina ſit iſta: Sed à minoribus incipiendum eſt, quando quis intendit peruenire ad maiora. Socios ſe Ieſu vocant; niſi aliud quid ſignificat: Ex Societate Ieſu. Iam verò quid habeant commune cum veris ſocijs IESV, aut in quo illum imitentur, dic tu mihi. Niſi id adferas quod probo dabatur, & expro-

exprobrabatur impiè Domino IESV, ab inimicis, quòd homo eſſet vorator & potator vini, amicus publicanorum & peccatorum.

IESVITA.

Rem, cum tu materialiter conſideres, non es capax intelligere in quo conſiſtat illa vera & formalis imitatio Domini Ieſu, qua iſti Patres ſicut ſe amorosè appellari volunt Socios, ità laborant eum indiuisè ſequi; ſcilicet, in humilitate, manſuetudine, Zelo, puritate, & cæteris eius virtutibus imitabilibus.

CANONICVS.

Itaq; Domine mi, ad creditum iſti volunt accipere honores hominum, de ſequela & imitatione Domini IESV ſpirituali & inuiſibili, nullam perfectionem vitæ, ſpecie aliqua exemplari, Mundo demonſtrantes. Et volunt ſibi credi quòd ſpirituales formaliter, & veri imitatores ſint eius, cuius ſe appellant Socios, vitam degentes omninò exterius contrariam. Et nolunt veram imitationem Chriſti èſſe in eis, quorum viſibilis perfectio vitæ fidem facit; eò quòd dubium ſit de his quæ non videntur.

Ecce quomodo iſti incipiunt apparere, non ſolum non neceſsarij, ſed & nociui Eccleſiæ. Quia doctrinam hanc ipſo facto afferentes, in alijs, ſine ratione, dubia faciunt, quæ apud ſe ſine probatione, volunt haberi pro certis.

Atquè hinc eſt, quòd recentèr in Eccleſia, neſcio quòmodo, orti; vt domicilia, reditus & acceptationem inueniant; in eas præcipuè confluunt Prouincias & Regna, vbi poſſunt faciliùs quibusdam hominibus perſuadere, emerſiſſe Eccleſiaſtica diſsidia & Sectas, ſcandala & defectiones à vera Fide, ob incuriam, ignorantiam & corruptionem Religionum antiquarum & antiquatarum; quarum ædes, reditus, fauorem, honorem ſibi attribuunt, omnibus vſq; ad bonam famam, eas ſpoliantes.

Quod & re ipſa, mouet ità rudem, & in nequitiam pronum populum, vt putent eſſe veriſsimum, antiquos Religioſos defeciſſe & peccaſſe; adeò vt licitum ipſis ſit eos contemnere, abominari & deſtituere; & iſtis, vbi conſequi poſſunt, bona eorum poſsidere. Nonnè inuerecundiſsimè & impijſsimè, paſsim dicunt iſti,

San-

Sanctimoniales,quarum cœnobia & reditus occupant, ideò extruſas quòd viuerent meretriciè? Nonné inquirunt ipſi de virginibus,Deo dicatis,generoſi etiam ſtemmatis, qualiter ſecundum ordinem ſuum viuant, vt falſa cum iniquè probatis,Principibus & Prælatis boni Zeli, ſed neſcio quàm perſpicacis ingenij,referentes, accipiant ab eis mandata, pro earum extinctione?

Ego iuro tibi per Deum viuum, quod cum deambularem ſemel in quadam ciuitate inCollegio iſtorum,cum præcipuo omnium, & in reputatione ſanctiſsimo & doctiſsimo; interrogante me, an illa domus fuiſſet aliquando conuentus Religioſorum;reſpondit,fuiſſe quidem Cœnobium Sanctimonialium Benedictinarum; ſed non viuebant, inquit, vt Moniales, ſed vt putanæ. Etſi non iſta ſunt ipſiſsima eius verba,ſint hæc vltima mea. Nonnè Principes & Prælati omnes qui iſtis fauent, de vita & moribus aliorum Religioſorum,quos in ditionibus ſuis habent, ſtatim inquirunt? Nonné ceſſant illis fauorem aut iuuamina temporalia impendere? Nonne iſti à commertio &

conſortio cum quibuſcunq; Religioſis itâ abſtinent, ac ſi eſſent capitales inimici? Nonnè omnes Ieſuitici & Ieſuiticæ, poſtquàm iſtis ſe tradiderunt, alios omnes Religioſos odio proſequuntur? Nonnè eſt commune iudicium hypocritarum, quòd qui non frequentat Ieſuitas, non ſit bonæ frugis? Vnde hoc venit? Vnde iſta facta, dicta, iudicata? Nonnè ex ambitione, præſumptione, & ſpirituali nequitia Ieſuitarum? Nonnè talibus, præter alia quæ dicam, multùm nocent Eccleſiæ? Et ex Inſtitutione ſua ſic nocent, quia iſti ſunt communes omnium, nullo excepto, mores.) At verò, quis ſit ille quidam cultus, in quo adunati iſti Deo ſeruiunt, ediſſere nunc, precor.

IESVITA.

Et nil permittis me ad iſta reſpondere?

CANONICVS.

Habebis tempus reſpondendi ad omnia & ſingula citò, ſi volueris: Nunc ne me interrumpas.

IESVITA.

Iſte cultus (prӕter quam quòd communitèr cum alijs Religionibus ex inſtitutione

tione ſua concionantur, audiunt confeſ-ſiones, orant & cætera faciunt ſimiliter) eſt Votum ſingulare quo ſe Papę aſtringunt; atq; ex abundanti, docent adoleſcentes, bonos mores & diſciplinas Nonné tibi videntur pro his miniſterijs in Eccleſia neceſſarij?

CANONICVS.

Neceſſarium ego in republica illum puto propriè, qui, cum in toto non noceat illi, in parte prodeſt, quando alius non eſt.

IESVITA.

Atqui, ſi multi pro illo particulari ſeu mediocri emolumento ſunt neceſſarij, appellabis ne neceſſarium ſolum vnum?

CANONICVS.

Non ſic volo intelligi.

IESVITA.

Ego verò id dico, ne tu intelligas ità me velle eſſe neceſſarios patres Societatis IESV, vt ſoli ipſi ſint.

CANONICVS.

Nec aliter atq; vis intellexi vnquàm dicta tua, nec ſunt obiecta mea in alium

ſen-

ſenſum. Quia nec ſic neceſſarios, vbi multi neceſſarij ſunt, iudico eos in Eccleſia: cum alioqui maiora mala faciant, quàm ſit iſtud bonum. Præſertim cùm, vt probabo, non ſic, ſed præciſe & omninò ipſi ſe putent neceſſarios.

IESVITA.

Sed quid ſi neceſſarij ſunt, vbi multos oportet eſſe, pro tutanda & propaganda Catholica Religione & Fide? Nunquid ideò non erunt neceſſarij pro hoc, quia alijs Religioſis ſunt nociui?

CANONICVS.

Et putas tu, aliud eſſe Religiones ex inſtituto omnes in Eccleſia diffamare, & aliud ipſam Eccleſiã perſequi? Nam ſi hoc putas poſſe fieri, vt quis ſalua fide & Religione Catholica, præcipuè attribuat ſibi ſoli, ambitioſe & falsò, ipſam defenſionẽ & propagationem Æccleſiæ & Fidei, excludendo cæteros ab hac dignitate & merito, alitèr docendus es. Nam quomodò non nocebit potiùs Eccleſiæ, defendens eam tali præſumptione & errore, vt præſumat ſe poſſe ſufficere etiam ſi alij non ſint? Et quid aliud videbitur tibi præſumere eum, qui alios eſſe non vult vt ſit ipſe

Ipſe ſolus? Aut quomodo ſolus eſſe non vult,qui quantùm poteſt,omnes alios inſectatur? Nonné vides,quòd ſi ſuperioribus adhibenda aliqua fides eſt, iſti nō iudicant ſe eſſe neceſſarios,eo modo quo pro vno bono multi neceſſarij ſunt; ac quòd cum errent in hoc,nociui potiùs ſunt? Sed quòd nec pro illo abundanti,de docendis adoleſcentibus ſint talitèr neceſſarij, qualiter putas, imò quod in hac re etiá noceant, iam vide. Quid docent iſti adoleſcentes?

IESVITA.

Virtutes & diſciplinas.

CANONICVS.

Dimitte virtutes; niſi eas etiam dicas docere magiſtros Elementorum puerilium, qui diſcipulos verberant quando diſcere negliunt, aut aliquid perperàm faciunt. Literas quaſdam docent, hoc eſt illud abundans cultus iſtorum, quo volunt æſtimari Athlantes Eccleſiæ. (Nam de Voto quo ſe aſtringunt Papę, manifeſtum eſt,nihil eſſe pratèr vmbram, & deceptibilem ſpeicem voti: cum Votum ſolemne ſingulare, propriè non ſit de neceſſarijs, ac adeò obligatorijs per ſe, vt eſt

obe-

obedientià Papę omnibus Catholicis, Religioſis pręcipuè, communis, & aliquibus in particulari, qui expreſsè eam præter tria Vota, ſeparatim per regulas ſuas iurant, promittunt & profitentur.)

Sed quomodo paucos adoleſcentes docent in vna ciuitate, niſi plurimos omnis ætatis & ſtatus dedocentes & depauperantes? Nam vt collegia, Gymnſiaq; ſua illa magnificentiſsima extruant (extruſis etiam à proprijs, vel alijs Eccleſiaſticis, qui aliâs docent eadem ipſos adoleſcentes, vel magiſtris ſecularibus ordinarijs) certùm eſt quærere primò eos & curare, vt illis vſibus applicentur ſcholarum & hoſpitalium, vt ipſi dicunt, malè adminiſtratorum, reditus; legata defunctorum pro orphanis & pauperibus iuuandis & alendis; pecunias etiam quocunq; modo pro alijs pijs operibus collectas & depoſitas; ac alia quæcunq; bona omnia Eccleſiaſtica, aut ſecularia, de quibus poſſunt ſolum modò à longè habere notitiam. Nam tota difficultas eſt illis in inueniendis, vt vocant Arbitrijs, hoc eſt, pecunijs vel bonis, quæ per defunctorum Teſtamenta, vel viuorum voluntatem, arbitrijs quo-

quorundam, ſint applicabilia & diſpenſabilia; (in qua re habent vbiq; terrarum inquiſitores diligentiſsimos) quæ vbi olfecerint, ilicò pluit illis Roma Bullas abundantiſsimè, quibus, de facto ad poſſeſsiones intruduntur, & ceſſat miſerorum prouiſio, non ceſſantibus in Cœlum clamoribus, quos ipſi diabolicas contradictiones & tentationes vocant.

Nam hoc eſt etiam iſtis quaſi de Fide, quòd quicquid contra commoda & intenta ſua repugnando fit, à Portis Inferi ſit excitatum in odium Ieſu. Tanta eſt illis præſumptio Luciferina. Teſtes horum ſint lites innumeræ vbiq; terrarum, prò illis & contrà, de ſimilibus agitatæ: expulſiones de poſſeſsionibus de facto ſæpius acceptis, factæ; querelæ variorum Præceptorum & Adminiſtratorum. Quarum ego rerum, niſi quia valdè communes & notæ ſunt, Cathalogum copioſum & certiſsimum facerem. Sed nunquid iſta doctrina, per tales doctores tradita ſic, cùm tot incommodis, inconuenientibus & expenſis, vbi non deſunt qui minoris eam vendant, eſt neceſſaria? Neceſſarius quidem fuit illis omninò & abſolutè, iſte

prætextus docendæ iuventutis, quo alle-
cti & decepti patres & homines ſimpli-
ces & pij, ſpoliatis reliquis filijs & filia-
bus, pro vno docendo, extruant iſtis Pa-
latia & ea ditent, in quibus ludis litera-
rijs, vt vocant, & vacatione Studiorum, in
recreatione & nobili otio ſint. Quid opus
eſt tot ambagibus? Deceptores tales ſunt,
non Præceptores.

Præterea. Docent iſti, ais, excellentér
& vnicè, & inſtituunt iuventutem. Quis
inde fructus? Nonnè ex his adoleſcenti-
bus ità inſtitutis, homines debent fieri?

IESVITA.

Et quidem fiunt, & euadunt viri inte-
gerrimi, atq; doctiſsimi.

CANONICVS.

Vndè ſic euadunt?

IESVITA.

Per doctrinam & diſciplinam.

CANONICVS.

Nihil adijcis? Vide ne quid ómittas,
quod dici ſimùl cúm iſta reſponſione de-
beat.

IESVITA.

Ego ſufficienter puto eſſe reſponſum.

CANONICVS.

Et ego ſic concedo. Sed ſi dicerem illam doctrinam & diſciplinam, Ieſuitarum non eſſe, quid tu?

IESVITA.

Negarem.

CANONICVS.

Ergo, cum, Per doctrinam & diſciplinam dixiſti, Patrum Societatis Ieſu, debuiſſes adijcere.

IESVITA.

Id certè ſubintelligi oportebat.

CANONICVS.

Non recordaris illius verſiculi: Noluit intelligere, vt benè ageret? Quando cum aduerſario loqueris, non debent ad arbitrium ſuum dicta intelligenda dimitti, vt mihi videtur, ſed expreſsè exponendum & reſpondendum eſt, ne is, contradictionis probabilis anſam apprehendat. Sed nunquid verè eſt doctrina iſta Ieſuitarum?

Nam & ipſe Dominus Ieſus; doctrinam quam docebat, dixit non eſſe ſuam.

IESVITA.

Video quid velis inferre. Nempe partum deberi Patribus Societatis Ieſu, ſi alumnos ſuos integros & doctos efficiunt; cum id faciat potiùs communis doctrina & diſciplina, quæ non magis id ipſos pertinet, quàm ad alios qui, vbi ipſi non ſunt, iuuentutem docent, & antequàm ipſi eſſent, docuerunt. Sed reſponſio eſt: quòd eo modo, Theologis illis & Philoſophis, primis Præceptoribus & Doctoribus parum etiam debeatur, cum doctrinam tradiderint, quam non ſolùm ipſi tradere poterant, aliundè acceptam; quod nemo niſi liuidè & ingratè poteſt dicere. Et præthereà; quòd iſti Patres verè poſsint dici docere doctrinam verè ſuam; teſtimonio ſunt, tam multa, quæ in grammaticalibus, Rethoricis & Philoſophicis, noua inuenta, tradita, diſputata, probata, præter, ac etiam contrà opiniones antiquorum, edunt in lucem, quibus oſtendunt, quantùm in Æccleſia fuerin ac ſint neceſſarij.

CAN-

CANONICVS.

Optimè Rethoricaris & Philoſopharis etiam tu. Sed non intellexiſti benè, quid vellem inferre: Nam, licèt ſimilia quædam ex interrogatis & reſponſis viderentur concludi; ſi expectaſſes paululùm, meliùs inſpexiſſes quid haberem in mente.

At, nè nimia mora in iſtis Neceſſarijs, ingrato fortaſsè aliquo odoere afficiamur, maximè cum concluſio huius puncti, in alium ſit locum, per tertium noſtrum Colloquium, reſeruata. Nunquid per doctrinam & inſtitutionem Ieſuitarum, aliquid affectum eſt in Æccleſia, nouum & vtile? Incæperunt hi incæpta ſua, Paulò ante Lutheri doctrinam omnino receptã & promulgatam; in ipſis ignibus conflagrantis Europæ, ſcaturierunt iſti fontes vberrimi; in ipſa tenebricoſa totius Mundi confuſione, orta ſunt iſta ſydera præfulgentia: Inimicus aduerſa acie in campo ſtabat cum iſti inuincibiles propugnatores prodierunt. Germania tunctùnc à Roma deficiebat, cum ordinem Clericorum Societatis IESV, tanquam neceſſarium pro ſua defenſione Æccleſia Romana ſuſcipiebat: Anglia nutabat tunc; Galla

lia in periculo erat; Flandria vndiq; approximantem incendium videns, anxiabatur; Hiſpania & Italia in compeſcendis laborabant flammis.

Inceperunt iſti per totum Orbem diſcurrere. Quid fecerunt? Nihil tunc, dices, quia pauci, pauperes & incogniti erant.

Quid huc vſq; ab eo tempore per illos effectum eſt? Hiſpania, aut Italia nunquid quieta? Flandria liberata? Gallia defenſa? Anglia confirmata? Germania reducta? Quid profuerunt tot Palatia & Gymnaſia illis ædificata? tot Cœnobia & Monaſteria attributa? tot facultates donatæ? tot præcioſa oblata? tanta fides illis adhibita? Nunquid Lutherus non regnat? Caluinus non vincit? Machiauel non omnia peſſundat atq; confundit! Non habent aduerſarij Romanæ ſedis ciuitates? non diſcipulos? non docent? non habent Vniuerſitates? Non vna die magis proficiunt in ſuis concionibus & opinionibus, quàm iſti in vno anno apud Æccleſiam, cum omnibus ſuis magiſtris puerorum? Vbi ſunt adoleſcentes iſti ſic docti & inſtituti? Quid viri effecti

efficiunt ? Si noſti, iam indica mihi.

IESVITA.

Sed quis ſcit an fortaſsè actum eſſet hodiè de Roma, de Fide, de Æccleſia, in Europa, vel ſaltem in Germania & Flandria, niſi per iſtos Patres. Nam, Infirmos in fide aſſumunt, debiles con- fortant, fractos conſolidant; parentes, filiorum à ſe inſtitutorum exemplo & perſuaſionibus ab erroribus reuocant; filios, parentum ſibi addictorum pietá- te, Zelo & deuotione conuertunt: frę- quentationibus continuis Sacramento- rum, ignem Spiritus Sancti in cordibus fi- delium fouent; aduerſarios ſcriptis, di- ſputationibus vincunt; iniquis, norma viuendi honeſtiſsima & puriſsima, ex- emplo ſunt; pijs, conſolationi conſilio & auxilio. Quæ ſi iſti Patres in Germa- niam non attuliſſent, quis ſcit, vt dixi, an quicquam reliqui eſſet Catholico- rum?

CANONICVS.

ô cæcitatem incredibilem! Ecce in id- ipſum recidis quod puto, & ſi taccitè, con-

conſortio cum quibuſcunq; Religioſis ità abſtinent, ac ſi eſſent capitales inimici? Nonnè omnes Ieſuitici & Ieſuiticæ, poſtquàm iſtis ſe tradiderunt, alios omnes Religioſos odio proſequuntur? Nonnè eſt commune iudicium hypocritarum, quòd qui non frequentat Ieſuitas, non ſit bonæ frugis? Vnde hoc venit? Vnde iſta facta, dicta, iudicata? Nonnè ex ambitione, præſumptione, & ſpirituali nequitia Ieſuitarum? Nonnè talibus, præter alia quæ dicam, multùm nocent Eccleſiæ? Et ex Inſtitutione ſua ſic nocent, quia iſti ſunt communes omnium, nullo excepto, mores. At verò, quis ſit ille quidam cultus, in quo adunati iſti Deo ſeruiunt, ediſſere nunc, precor.

IESVITA.

Et nil permittis me ad iſta reſpondere?

CANONICVS.

Habebis tempus reſpondendi ad omnia & ſingula citò, ſi volueris: Nunc ne me interrumpas.

IESVITA.

Iſtę cultus (pręter quam quòd communitèr cum alijs Religionibus ex inſtitu-

tione

tione ſua concionantur, audiunt confeſſiones, orant & cætera faciunt ſimiliter) eſt Votum ſingulare quo ſe Papę aſtringunt; atq; ex abundanti, docent adoleſcentes, bonos mores & diſciplinas Nonné tibi videntur pro his miniſterijs in Eccleſia neceſſarij?

CANONICVS.

Neceſſarium ego in republica illum puto propriè, qui, cum in toto non noceat illi, in parte prodeſt, quando alius non eſt.

IESVITA.

Atqui, ſi multi pro illo particulari ſeu mediocri emolumento ſunt neceſſarij, appellabis ne neceſſarium ſolum vnum?

CANONICVS.

Non ſic volo intelligi.

IESVITA.

Ego verò id dico, ne tu intelligas itá me velle eſſe neceſſarios patres Societatis IESV, vt ſoli ipſi ſint.

CANONICVS.

Nec aliter atq; vis intellexi vnquàm dicta tua, nec ſunt obiecta mea in alium

ſen-

ſenſum. Quia nec ſic neceſſarios, vbi multi neceſſarij ſunt, iudico eos in Eccleſia: cum alioqui maiora mala faciant, quàm ſit iſtud bonum. Preſertim cùm, vt probabo, non ſic, ſed precisè & omninò ipſi ſe putent neceſſarios.

IESVITA.

Sed quid ſi neceſſarij ſunt, vbi multos oportet eſſe, pro tutanda & propaganda Catholica Religione & Fide? Nunquid ideò non erunt neceſſarij pro hoc, quia alijs Religioſis ſunt nociui?

CANONICVS.

Et putas tu, aliud eſſe Religiones ex inſtituto omnes in Eccleſia diffamare, & aliud ipſam Eccleſiã perſequi? Nam ſi hoc putas poſſe fieri, vt quis ſalua fide & Religione Catholica, præcipuè attribuat ſibi ſoli, ambitioſe & falsò, ipſam defenſionẽ & propagationem Æccleſiæ & Fidei, excludendo cæteros ab hac dignitate & merito, alitèr docendus es. Nam quomodò non nocebit potiùs Eccleſiæ, defendens eam tali præſumptione & errore, vt præſumat ſe poſſe ſufficere etiam ſi alij non ſint? Et quid aliud videbitur tibi preſumere eum, qui alios eſſe non vult vt ſit

ipſe

Ipſe ſolus? Aut quomodo ſolus eſſe non vult, qui quantùm poteſt, omnes alios inſectatur? Nonné vides, quòd ſi ſuperioribus adhibenda aliqua fides eſt, iſti nō iudicant ſe eſſe neceſſarios, eo modo quo pro vno bono multi neceſſarij ſunt; ac quòd cum errent in hoc, nociui potiùs ſunt? Sed quòd nec pro illo abundanti, de docendis adoleſcentibus ſint talitèr neceſſarij, qualiter putas, imò quod in hac re etiā noceant, iam vide. Quid docent iſti adoleſcentes?

IESVITA.

Virtutes & diſciplinas.

CANONICVS.

Dimitte virtutes; niſi eas etiam dicas docere magiſtros Elementorum puerilium, qui diſcipulos verberant quando diſcere negliunt, aut aliquid perperàm faciunt. Literas quasdam docent, hoc eſt illud abundans cultus iſtorum, quo volunt æſtimari Athlantes Eccleſiæ. (Nam de Voto quo ſe aſtringunt Papę, manifeſtum eſt, nihil eſſe pręter vmbram, & deceptibilem ſpeicem voti: cum Votum ſolemne ſingulare, propriè non ſit de neceſſarijs, ac adeò obligatorijs per ſe, vt eſt obe-

obedientià Papæ omnibus Catholicis, Religioſis præcipuè, communis, & aliquibus in particulari, qui expreſsè eam præter tria Vota, ſeparatim per regulas ſuas iurant, promittunt & profitentur.)

Sed quomodo paucos adoleſcentes docent in vna ciuitate, niſi plurimos omnis ætatis & ſtatus dedocentes & depauperantes? Nam vt collegia, Gymnſiaq; ſua illa magnificentiſsima extruant (extruſis etiam à proprijs, vel alijs Eccleſiaſticis, qui aliâs docent eadem ipſos adoleſcentes, vel magiſtris ſecularibus ordinarijs) certùm eſt quærere primò eos & curare, vt illis vſibus applicentur ſcholarum & hoſpitalium, vt ipſi dicunt, malè adminiſtratorum, reditus; legata defunctorum pro orphanis & pauperibus iuuandis & alendis; pecunias etiam quocunq; modo pro alijs pijs operibus collectas & depoſitas; ac alia quæcunq; bona omnia Eccleſiaſtica, aut ſecularia, de quibus poſſunt ſolum modò à longè habere notitiam. Nam tota difficultas eſt illis in inueniendis, vt vocant Arbitrijs, hoc eſt, pecunijs vel bonis, quæ per defunctorum Teſtamenta, vel viuorum voluntatem, arbitrijs quo-

quorundam, ſint applicabilia & diſpenſabilia; (in qua re habent vbiq; terrarum inquiſitores diligentiſsimos) quæ vbi olfecerint, ilicò pluit illis Roma Bullas abundantiſsimè, quibus, de facto ad poſſeſsiones intruduntur, & ceſſat miſerorum prouiſio, non ceſſantibus in Cœlum clamoribus, quos ipſi diabolicas contradictiones & tentationes vocant.

Nam hoc eſt etiam iſtis quaſi de Fide, quòd quicquid contra commoda & intenta ſua repugnando fit, à Portis Inferi ſit excitatum in odium Ieſu. Tanta eſt illis præſumptio Luciferina. Teſtes horum ſint lites innumeræ vbiq; terrarum, prò illis & contrà, de ſimilibus agitatæ: expulſiones de poſſeſsionibus de facto ſæpius acceptis, factæ; querelæ variorum Præceptorum & Adminiſtratorum. Quarum ego rerum, niſi quia valdè communes & notæ ſunt, Cathalogum copioſum & certiſsimum facerem. Sed nunquid iſta doctrina, per tales doctores tradita ſic, cùm tot incommodis, inconuenientibus & expenſis, vbi non deſunt qui minoris eam vendant, eſt neceſſaria? Neceſſarius quidem fuit illis omninò & abſolutè, iſte

prætextus docendæ iuventutis, quo alle-
cti & decepti patres & homines ſimpli-
ces & pij, ſpoliatis reliquis filijs & filia-
bus, pro vno docendo, extruant iſtis Pa-
latia & ea ditent, in quibus ludis litera-
rijs, vt vocant, & vacatione Studiorum, in
recreatione & nobili otio ſint. Quid opus
eſt tot ambagibus? Deceptores tales ſunt,
non Præceptores.

Præterea. Docent iſti, ais, excellentér
& vnicè, & inſtituunt iuventutem. Quis
inde fructus? Nonnè ex his adoleſcenti-
bus ità inſtitutis, homines debent fieri?

IESVITA.

Et quidem fiunt, & euadunt viri inte-
gerrimi, atq; doctiſsimi.

CANONICVS.

Vndè ſic euadunt?

IESVITA.

Per doctrinam & diſciplinam.

CANONICVS.

Nihil adijcis? Vide ne quid ómittas,
quod dici ſimùl cúm iſta reſponſione de-
beat.

IESVITA.

Ego ſufficienter puto eſſe reſponſum.

CANONICVS.

Et ego ſic concedo. Sed ſi dicerem illam doctrinam & diſciplinam, Ieſuitarum non eſſe, quid tu?

IESVITA.

Negarem.

CANONICVS.

Ergo, cum, Per doctrinam & diſciplinam dixiſti, Patrum Societatis Ieſu, debuiſſes adijcere.

IESVITA.

Id certè ſubintelligi oportebat.

CANONICVS.

Non recordaris illius verſiculi: Noluit intelligere, vt benè ageret? Quando cum aduerſario loqueris, non debent ad arbitrium ſuum dicta intelligenda dimitti, vt mihi videtur, ſed expreſsè exponendum & reſpondendum eſt, ne is, contradictionis probabilis anſam apprehendat. Sed nunquid verè eſt doctrina iſta Ieſuitarum?

Nam & ipſe Dominus Ieſus; doctrinam quam docebat, dixit non eſſe ſuam.

IESVITA.

Video quid velis inferre. Nempe parum deberi Patribus Societatis Ieſu, ſi alumnos ſuos integros & doctos efficiunt, cum id faciat potiùs communis doctrina & diſciplina, quæ non magis id ipſos pertinet, quàm ad alios qui, vbi ipſi non ſunt, iuuentutem docent, & antequàm ipſi eſſent, docuerunt. Sed reſponſio eſt: quòd eo modo, Theologis illis & Philoſophis, primis Præceptoribus & Doctoribus parum etiam debeatur, cum doctrinam tradiderint, quam non ſolùm ipſi tradere poterant, aliundè acceptam; quod nemo niſi liuidè & ingratè poteſt dicere. Et prætereà; quòd iſti Patres verè poſsint dici docere doctrinam verè ſuam, teſtimonio ſunt, tam multa, quæ in grammaticalibus, Rethoricis & Philoſophicis, noua inuenta, tradita, diſputata, probata, præter, ac etiam contrà opiniones antiquorum, edunt in lucem, quibus oſtendunt, quantùm in Æccleſia fuerin ac ſint neceſſarij.

CANONICVS.

Optimè Rethoricaris & Philoſopharis etiam tu. Sed non intellexiſti benè, quid vellem inferre: Nam, licèt ſimilia quædam ex interrogatis & reſponſis viderentur concludi; ſi expectaſſes paululùm, meliùs inſpexiſſes quid haberem in mente.

At, nè nimia mora in iſtis Neceſſarijs, ingrato fortaſsè aliquo odoere afficiamur, maximè cum concluſio huius puncti, in alium ſit locum, per tertium noſtrum Colloquium, reſeruata. Nunquid per doctrinam & inſtitutionem Ieſuitarum, aliquid affectum eſt in Æccleſia, nouum & vtile? Incæperunt hi incæpta ſua, Paulò ante Lutheri doctrinam omnino receptã & promulgatam; in ipſis ignibus conflagrantis Europæ, ſcaturierunt iſti fontes vberrimi; in ipſa tenebricoſa totius Mundi confuſione, orta ſunt iſta ſydera præfulgentia: Inimicus aduerſa acie in campo ſtabat cum iſti inuincibiles propugnatores prodierunt. Germania tunctùnc à Roma deficiebat, cum ordinem Clericorum Societatis IESV, tanquam neceſſarium pro ſua defenſione Æccleſia Romana ſuſcipiebat: Anglia nutabat tunc; Gal-

lia in periculo erat; Flandria vndiq; approximantem incendium videns, anxiabatur; Hiſpania & Italia in compeſcendis laborabant flammis.

Incęperunt iſti per totum Orbem diſcurrere. Quid fecerunt? Nihil tunc, dices, quia pauci, pauperes & incogniti erant.

Quid huc vſq; ab eo tempore per illos effectum eſt? Hiſpania, aut Italia nunquid quieta? Flandria liberata? Gallia defenſa? Anglia confirmata? Germania reducta? Quid profuerunt tot Palatia & Gymnaſia illis ædificata? tot Cœnobia & Monaſteria attributa? tot facultates donate? tot præcioſa oblata? tanta fides illis adhibita? Nunquid Lutherus non regnat? Caluinus non vincit? Machiauel non omnia peſſundat atq; confundit? Non habent aduerſarij Romanæ ſedis ciuitates? non diſcipulos? non docent? non habent Vniuerſitates? Non vna die magis proficiunt in ſuis concionibus & opinionibus, quàm iſti in vno anno apud Æccleſiam, cum omnibus ſuis magiſtris puerorum? Vbi ſunt adoleſcentes iſti ſic docti & inſtituti? Quid viri effecti

efficiunt ? Si noſti, iam indica mihi.

IESVITA.

Sed quis ſcit an fortaſsè actum eſſet hodiè de Roma, de Fide, de Æccleſia, in Europa, vel ſaltem in Germania & Flandria, niſi per iſtos Patres. Nam, Infirmos in fide aſſumunt, debiles confortant, fractos conſolidant; parentes, filiorum à ſe inſtitutorum exemplo & perſuaſionibus ab erroribus reuocant; filios, parentum ſibi addictorum pietate, Zelo & deuotione conuertunt: frequentationibus continuis Sacramentorum, ignem Spiritus Sancti in cordibus fidelium fouent; aduerſarios ſcriptis, diſputationibus vincunt; iniquis, norma viuendi honeſtiſsima & puriſsima, exemplo ſunt; pijs, conſolationi conſilio & auxilio. Quæ ſi iſti Patres in Germaniam non attuliſſent, quis ſcit, vt dixi, an quicquam reliqui eſſet Catholicorum?

CANONICVS.

ô cæcitatem incredibilem! Ecce in idipſum recidis quod puto, & ſi tacitè, con-

feſſum te fuiſſe ſuperiùs pro abſurdo & impio; quòd, ſcilicet, aliquis ſibi ſoli arroget Æccleſiæ defenſionem, præſertim cum conſtet eum potiùs offenſorem eſſe. Sed ſi vt dixiſti; Quis ſcit an fortaſsis, &c. Dixiſſes etiam; Quis ſcit an fortaſsis in fide infirmos aſſumant? an fortaſsis debiles confortent? fractos conſolident; parentes, & cætera ità perſequens; minùs temerè & Ieſuiticè eſſes locutus.

Ego verò non ſum expertus in Germania, vt ſciens qualiter iſta procedant, poſſim formare iudicium verum. Sed benè credo, quòd, ſi aliquis Zelatus & Catholicæ familiæ vir, audiret te talia aſſeuerantem, moueretur in te, vt in hominem conſtantiæ Fidei ſuæ & ſuorum detrahentem. Quippèqui non niſi per Ieſuitarum gratiam, (ita enim videris velle dicere) & beneficium, habeat nunc & conſeruauerit Germania Catholicos; quibus potiùs ipſi debent quòd intrauerint in Germaniam.

Atqui ego in Gallia per experientiam didici; de Germania ſemper audiui eſſe veriſsimum hoc, quòd ex quo Ieſuitæ in illis partibus ſunt; Lutherani & Caluiniſtæ

ſtæ plurimas erexerint Vniuerſitates, ac ſtudia conſtituerint, vt adoleſcentes ſuos, ſollicitè ab ambitione horum eriperent. Et Principes videntes hypocriſim, auaritiam, & luxuriam vitæ iſtorum, (alioquì pro ſanctis ſimis & ſpiritualiſsimis haberi volentium) ardentiſsimè animati ſint in Religiones ſuas defendendas & conſeruandas: In quo adeò profecerunt, vt Ciuitates quædam liberæ, quarum alioquì Magiſtratus & Primarij aduerſarij Romanę ſedis ſunt, pro nihilo habentes homines hos, eos permiſerint & velint permittere manere apud ſe: Quod iſti ambitioſiſſimè procurát & acceptant, & quòd taliter admiſi inter aduerſarios ſint, ità gloriantur, ac ſi eo ſolo, Catholicos totius Mundi à perditione liberos faciant: vndè per totum Orbem, ſub vmbra laudis diuinæ & Fidei incrementi, illicò diſſeminant iactabundé, ſe in eis locis eſſe receptos, à quibus omnes alij Religioſi expulſi ſunt. Et modò illis ſit apud exteras nationes libera iſta gloriatio, ac in illis locis ſatis habeant nummorum; reliqua, ad ſpem de diuina meſericordia remittunt; promittentes, quod ſperant breuì ſe, totas illas

Ciuitates, Catholicas effecturos. Et tu, Domine mi, cum Germanus ſis, probè omnia iſta noſti.

IESVITA.

Optimè; ego expertus ſum omnia iſta contraria.

CANONICVS.

Ità, certiſsimè, contraria iſta ſatis ſunt oſtentationi & gloriationi illorum: & probantur per hoc, quòd ſi iſti vnam Diſputationem, libellum, aut Opus vnum, in publicum per typographiam proferunt, edunt aduerſarij decem: Ità vt coëgerint eos fateri, quod laſſati ſcribendo & reſpondendo ſint, pro defenſione eorum Articulorum atq; Dogmatum, in quibus, id ſolum ſe poſſe probare, ingenuè confitentur, quòd demonſtratiuæ non ſint obiectiones aduerſariorum: Sicut & demonſtratiuas non eſſe rationes Catholicas, pro defenſione & doctrina adductas, in rebus Fidei, ipſi aduerſarij probāt. Nam & in Gallia circumferuntur tractatus ac Opera quædam iſtorum, in quibus ſimilia continentur. Imò & narrauit mihi fide dignus, ſe audiuiſſe ex ore cuiſdam

Ieſui-

Ieſuitæ doctoris apud ſuos celeberrimi, quòd habeant & proponant Caluiniſtæ & Lutherani argumenta, quibus difficile ſit reſpondere. Tanta eſt iſtorum ſuperbia, vt doceant eſſe ferè inſolubilia obiecta aduerſariorum, modò credantur ſolis ipſis ſoluenda.

Eſt res certè riſu digniſsima, quòd cum iſti liberè ſint & vehementer optent eſſe in illis locis & ciuitatibus, vbi Magiſtratus & Gubernatores Catholici non ſunt, docuerint in Gallia, his temporibus, antè & pòſt conuerſionem Regis Henrici Quarti modò regnantis, non poſſe ſana conſcientia manere Æccleſiaſticos, præſertim Religioſos, in ciuitatibus non rebellibus, quas ipſi, hæreticorum, nominabant.

IESVITA.

Sed aliud eſt, manſiſſe Religios Gallos in ciuitatibus ſubiectis hæretico Regi, vt obedirent illi; aliud manere Patres hos, cum indulto Sedis Apoſtolicæ, in aliquibus ciuitatibus Lutheranorum, vt conuertant & capita & totum populum.

CANONICVS.

Nimirum, Domine mi, vide, ne iſta diſtinctione & diuiſione diſsimillium, ſeditioſos ac proditores etiàm facias Patres Ieſuitas tuos, & hoc ex ſuo Inſtituto. Nam, cum in contrarios fines, dicas manſiſſe & manere, hos & illos, in contrarijs ciuitatibus: & finis Gallorum fuerit obedientia; finis ergò Ieſuitarum eſt inobedientia. Inobedientia? Ergò ſeditio; ergo proditio. Nam quæ maior eſſe poteſt, quàm vt fingas te velle manere ſub tutela & fauore alicuius, in domo ſua, in eum finem, vt ſubditos eius corrumpas? Quod ſi vis aliter exponere & dicere, quod non proditoriè ſed ſincerè Ieſuitæ maneant, vbi vel ab inimicis ſit illis permiſsio, cum licitum ſit propter membra ſana conſeruanda in corpore ſpirituali, & pro curatione illorum, de quibus non eſt deſperata ſalus, etiàm ſub capite obſtinati & deſperati vulneris, (quale tamen eſſe non poteſt dum viuitur) manere; Quarè iſtæ rationes non facerent etiam in Gallia pro illis, quos iſti, apud populum, pro excommunicatis volebant haberi, etiã ſine ſententia Iudicis & communicatis Pontificijs conceſsionibus, eo ſolo quod in ciuitate,

tate, hæretico, vt dicebant, ſubiecta, manebant? Quid dicis ad iſta? Nonnè hypocriſim & ambitioſum Inſtitutum horum demonſtrant?

IESVITA.

Neſcio quis

CANONICVS.

Oculis, teneros mihi faſcinat agnos: Carmẽ incepiſti: abſoluere ego volui verſiculum illius Poëtæ, quo conquęrebatur, agnellos ſuos faſcinatione quadam à liuido & maligno aliquo eſſe infectos, vnde hilaritatem & gratiolam illam ſuam naturalem perdidiſſent, & viderentur languere. Quod non inſulsè fortaſsè feci, cum certum ſit velle te modò dicere in me, aliquid ſimile, in defenſionem iſtorũ caporum tuorum in ſęcula ſęculorum.

IESVITA.

Amen. Idipſum incipiebam dicere; quòd neſciam quis dæmoniorum Alecto hanc furibundam iniecerit tibi, vt ira, rabie & tabe tali, inficere apud populum hos Patres velis?

CANONICVS.

In.

Inficiare tu potiùs, ſi cum veritate potes, omnia hæc; quæ cum ſint vera & de quibus frequens experientia fidem facit; nil intereſt, an cum, aut abſq; indignatione ſint dicta.

IESVITA.

Ità quidem poſſem. Sed ex præcedentibus didici, etiam per confeſsionem tuã, talem eſſe te, qui cum libentiſsimè contra dicas, nullus eſſe poſsit tecum finis altercationis: atq; eſſe efficatius ad coarguendum te, vnum verbum grauiter & reſolutè dictum, multis ratiocinationibus diſputatorijs; pro quibus tu ſatis ſcis Sophiſtica ſubterfugia adinvenire; præſertim vbi iudex non eſt, qui de vtriuſq; cauſa poſsit ſtatuere. Et eſt etiã aliud prouiſum artificioſè per te; vt ſcilicet minimè deſinere velis loquendo, quouſq; aut vides aut iudicas propè eſſe locum hoſpitij, quo ego præuentus, vnum vel alterũ verbum tantummodò poſſum reſpondere. Et tu propterèa videris tibi tua omnia demonſtrauiſſe, cum valdè aliter ſe res habeat.

CANONICVS.

Non minùs me iam mouiſſes ad riſum, quam

quàm cum dixiſti Ieſuitas eſſe Iudęos, de-riuatos à Ieſui: (vt quidem videntur eſſe in multis, & in eo quammaximé, quód inter Statuta ſua iſti ſoli, inter omnes alios Religioſos, Conſtitutionem nullam habeant de non admittendis, aut in dignitatibus non conſtituendis, deſcendentibus ex Iudæis, aut alijs Chriſtiani nominis inimicis; quorũ habent infinitos) Sed quia video te vtcunq; commotum, dum ego ludo & reſponſa tua ridendo excipio; libet retinere iocos; & rogare ex te, cùr nón tu rapido orationis curſu anteuertis me, & cogis etiam tacere? Aut cùr ego hoc non faciam in te, cum locum das tacendo, copia dictorum, & ſolis geſtibus, quibus me irritas, diſſentire videaris, abſq; verbo vllo? Aut certè quando velles & poſſes dicere multa bona illorum tu, quis mala omnia diceret tacente me, qui ſcio, nil eſſe laudandum, niſi caſu, in ipſis? Niſi fortè ex conſilio illo Euangelio: Eſto conſentiens aduerſario tuo, dùm es cum illo in via; diſsimulas modò, aliquandò fortè vindicaturus.

IESVITA.

Satis eſt.

CANONICVS.

Ità, ſi dixiſſem; Domine, ecce duo gladijs hîc.

IESVITA.

Sufficit, inquam, nunc, cum ad ipſam ferè hoſpitij ianuam peruenimus. Reficiamur paululùm. Pró pomeridiano colloquio Dominus prouidebit.

CANONICVS.

Ne ſollicitus ſis, adhuc pera mea ſufficientem prouiſionem habet.

DIALOGVS SEXTVS.

CANONICVS.

NONNE, DOMINE MI, hîc circum inter hos colles, fons ille eſt famoſus, vocatus, les eaux d'Aſpá, adeò frequentatus à Principe illo Parmenſi?

IESVITA.

Diſtat

Diſtat fortè ad duo vel tria milliaria ad dexteram.

CANONICVS.

Sic ego iudicaui cum audiuiſſem eſſe ad quinque millaria à Leodio ex hac parte Moſæ. Sed puto quòd necauerunt iſtæ aquæ hominem illum.

IESVITA.

Opinio eſt: atq; vtinam non obijſſet.

CANONICVS.

Quid? Eratnè tibi negotium cùm illo?

IESVITA.

Nullum quidem ſingulare, ſed fauebat valdè quibusdam patribus Societatis Ieſu, quibus ego eram amicus.

CANONICVS.

Facilè credo, & quòd fuerit homo addictus iſtis: nam videbamus in Gallia in exercitibus ſuis Ieſuitas multos, quorum & nonnunquam intercipiebantur currus onuſti & benè ornati, cum inſignibus nominis IESV, quæ ipſi more Principum curribus ſuis infigebant: cum antè eum Principem, nunquã iſti viſi fuerint mili-

tiam ſequi. Imò & ſolebant alios Religioſos apud milites degentes cenſere inhoneſtos, diſcolos & irregulares.

IESVITA.

Verum quidē id eſt quòd ſecuti fuerint Patres ſocietatis Ieſu, Ducē Parmenſem, bonæ memoriæ, in militiam Gallicam, ſed precante ipſo & omninò volente habere eos in exercitu ſuo, quòd non probarēt mores aliorum Religioſorum.

CANONICVS.

Attamen ipſi approbârunt militarem comitatum ſibi, ſtatim vt rogati fuerunt vt approbarent; alioqui nunquàm pro Religioſis approbaſſent. Aq; ita ad iſtorum arbitrium cuncta ſunt bona & mala, cum ſint ipſi reipſa peſsimi. Sed, vt ego conijcio, ideo illud bellum ſecuti ſunt, quòd ſperarent, ſi Parmenſis viciſſet, & Regnum Gallicum ſubiugaſſet, habituros ſe magnam honoris partem, vt per quorum orationes & præſentiam DEVS inimicos proſtraſſet; & maximam portionem prædæ, cum Galli aliter quàm victi, non libenter concedant ipſis quæ in alijs Regnis habent. Atq; hinc fortaſſe eſt dolor,

quem

quem habent de obitu hominis illius, vt tu ſignificas.

IESVITA.

Nolitè condemnare & non condemnabimini.

CANONICVS.

Ità, ſed Qua menſura menſi fueritis eadem remetietur vobis. Condemnant iſti alios, & exiſtimant ſe poſſe effugere iudicium DEI, iudicantes eos, qui talia faciunt, & facientes ea? Nonnè vides iniquitatem, cæcitatem, malitiam?

IESVITA.

Equidem video, ſed tuam.

CANONICVS.

Igitur malitiosè etiam fecero iuditium ſimile, circa dignitates Eccleſiaſticas, quas iſti ex Inſtituto ſuo profitentur ſe non procuraturos aut acceptaturos, quaſi non conueniant humilitati Religioſę, & tamẽ acceptant & captant, vbi ſunt inſignes & pingues, ſicut tu meliùs noſti Nam quòd non ſequebantur militiam ante Parmenſem, & alios Religioſos ſequentes non

probabant;ideò erat quòd non obnixè ro-gabantur, nec offerebatur ipſis illa conditio, quòd in condemnationem aliorum Religioſorum non pròbatorum, vocarentúr, & quòd, ſi deberent vt alij, ſequi, facturi id eſſent cum communi parua commoditate. At vbì preces, magnus honos, magna commoditas, acceſſerunt, libuit, licuit, & fuit illis non minùs meritorium atq; Martyrium, quod ilijs erat culpabile. Et ſimiliter, cum Conſtitutione illa ſua, de non acceptandis dignitatibus Æccleſiaſticis, nihil aluid viſi ſint velle efficere, quàm vt Religioſos acceptantes damnarent, (niſi fortè & ipſas dignitates iniquas & indignas quæ acceptarentur à ſanctiſſimis viris, voluerunt ſignificare) quando fuit illis incredibile quod ſibi deberent offerri, & impoſsibile mereri: tamen vbi rogati ſunt ad Cardinalatū, licèt finxerint parumpèr ſe cunctari & hærere, acceptarunt tamen, & placuit; Reuerendiſsimus & Illuſtriſsimus.

IESVITA.

Sed quid quæſo aliud feciſſent, çum ſedes Apoſtolica rogando offerret, & iniungendo conferret.

CAN-

CANONICVS.

Sed quare iſti ex Inſtituto ſuo hypocri- tico, reijciunt temerariè, præſumptuosè & indiſcretè, munera & onera, quæ pro ſeruitio Sedis Apoſtolicæ acceptanda ſunt aliquando? Vulpes cum vſq; ad exani- mationem famelica, in quadam excelſa arbore, quàm conſcendere minimè pote- rat, pendentem vberrimum ac pulcher- rimum racemum aſpexiſſet; ſubſiſtens, contemplans & meditatione reuoluens, quonam modo illum poſſet habere, ac tandem impoſsibile eſſe videns; Aſt, in- quit, ſuperbis tu quidem, quia deſidera- bilis es, ſed ſperno te ego, neq; te, ſi ſine labore poſſem habere, acciperem. Adfa- bulationem noſti.

IESVITA.

Facilè eſt diuinare quidem. Sed quan- dò adeò hypocriticum & fictum tibi vi- detur iſtud Statutum Patrum Societatis IESV, de non acceptandis dignitatibus; quid iudicas de diuo illo Franciſco, cuius Religioni es tam addictus, qui, vt in hi- ſtorijs eius habetur, noluit, Sacerdos fie- ri, vt dicebat, quia ſe reputabat indignum?

Nunquid Sacerdotium erat iniquum? aut damnandi erant alij Religionum Inſtitutores, qui id deſiderarunt, procurarunt & obtinuerunt? Aut ſi iſte laudabilis in hoc fuit, quare Inſtitutionem Patrum Societatis Ieſu non probas?

CANONICVS.

Propter multa in quibus differunt acta Diui Franciſci & Ieſuitarum. Nam primò illa humilitas vera & profunda diui Franciſci monſtratur per hoc, quòd cum ſuos non docuiſſet reijcere Sacerdotium, imò deſiderare, amplecti & venerari ſuprà omnia venerabilia; ſolus ipſe, quod verbis dicebat, opere monſtrauit; cum ſemper tremens ad tam inaffabile Sacramentum, quinquaginta duorum annorum natus, obierit non Sacerdos.

Apud Ieſuitas verò cum perſonalis iſta reiectio dignitatum non ſit, ſed communis ex Inſtituto, callida & deceptoria iudicanda eſt: quod probatur per opera eidem Inſtitutioni contraria. Et ſi maius aliquid eſſet Eccleſiaſtica dignitas, quò ad rem, Ordine Sacerdotali, nonnihil fortè viderentur poſſe Ieſuitæ allegare

gare pro hac Inſtitutione; ſed cum minùs ſit, quo ad rem coram DEO, eſſe Cardinalem quam Sacerdotem; cur hunc Ordinem Sacramentalem procurantes Ieſuitæ ex Inſtituto, reijciunt illam dignitatem? quod Diuus Franciſcus aliter fecit; nam cum nihil dixerit neq; expreſſerit de dignitate Æccleſiaſtica, quæ videbatur Sacerdotio ſubordinata, ſummam tantùm omnium Æccleſiaſticarum excellentiarum recuſauit verbo & opere; quod iſti de minori, verbo tantùm aſtutè faciunt.

IESVITA.

Videris, Domine mi, in Chriſto chariſſime, nonnihil exorbitare à Doctrina Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, cum dicas eſſe ſummum ordinem, ſummamq; excellentiam realem Eccleſiaſticam, Sacerdotium. Nam declarat Concilium Tridentinum, eſſe anathema, illum qui dixerit, Epiſcopatum non eſſe Ordinem Sacramentalem & diſtinctum, ac excellentiorem Sacerdotio.

CANONICVS.

Habeo maximas gratias, Domine mi;

Ieſuiticiſsime, quòd me ſuper re adeo graui monueris; ſed nihil nunc detrahendo authoritati iſtius Concilij, fac me loqui per alia antiqua, & per omnium antiquorum Canoniſtarum opinionem, ponentium tantùm ſeptem Ordines Eccleſiaſticos Sacramentales, quatuor minores & tres maiores, in quibus Epiſcopatus non numeratur.

IESVITA.

Non ſufficit loqui per illa antiqua, Domine mi.

CANONICVS.

Loquamur ergò per illud nouum, quod ego non reijcio. Quid inde habes pro defenſione?

IESVITA.

Quid? Quòd, cum, acceptantes Patres Societatis Ieſu Sacerdotium propter meritum coram Deo, & ad adminiſtranda ſacramenta Euchariſtæ & Pœnitentiæ populo, Ordinem illum excellentem, habentem ſupremam dignitatem annexam ex humilitate non admittant ex Inſtituto; etiam ſi aliquis ipſorum per priuilegium ſibi conceſſum acceptauerit, Inſtitutum

tutum tamen eſt humile & exemplare.

CANONICVS.

Ergò non bonum exemplum præbent populo, qui Epiſcopi fiunt?

IESVITA.

Non ſequitur. Quia quamuis non male faciat qui cum bona intentione vult aut acceptat Epiſcopatum, meliùs tamen facit qui recuſat, timens ſuæ infirmitati, Sicut dicit Apoſtolus; Qui matrimonio iungit virginem ſuam bene facit & qui non iungit melius facit. Perfectionem iſti patres ſequuntur, licitis ſe abdicantes.

CANONICVS.

Viderentur certè perfectionem in hoc ſequi, ſi operibus id oſtenderent; ſed, cum verba tantum ſint in Inſtitutione, & in effectu opera contraria, manifeſtum eſt artificioſam eſſe illam, & in ſpeciem tantùm deceptoriam ſingulariſsimè à nouis iſtis humilibus factam. At, deſine quæſo, humilitatem hanc in patentiſsima hypocriſi, quam cæci etiàm vident, velle excuſare. Sed & dato toto hoc, quod dicis de Epiſcopatu; quid de Cardinalatu ais, quē

non puto te velle vt ſit excellentior Sacerdotio; alioqui erit etiam excellentior Epiſcopatu,& oportebit nos,non iam octo, ſed nouem Ordines Eccleſiaſticos habere, cum tamen ipſe Summus Pontifex in ſupremo ordine ſit, Epiſcoporum ſcilicet,non Cardinalium. Cardinalis eſt quidam Ieſuita. Quomodo factus niſi contra Inſtitutum ſuum?

Niſi fortè per eandem doctrinam velis dicere,quòd Cardinalatum poſſunt acceptare iſti, eo quòd in re non ſit adeò excellens prærogatiua vt Sacerdotium, & Inſtitutio eorum non vetet niſi excellentiores Sacerdotio dignitates reales, acceptare: quæ eſſet reſponſio facetiſsima. Sed cum iſta non reſpondeas, quare non tota Religio repugnauit? Quarè non rigidè ſtetit pro patrijs lægibus, Congregatio hominum noua ad ſeruiendum Deo in nouo & perfectiſsimo cultu? Quid fiet poſt centum, ducentos, trecentos, mille annos, quando poſt quinquaginta aut ſexaginta tantùm, adeò ex abrupto relaxauerint iſti Inſtitutionem ſuam, in re præſertim ambitioſiſsima & corruptioni proxima, quam propterea vigilantiſsimè ſe di-

cebant

cebant velle vitare? Sed quid dico? Nunquid iſti non exeunt ex Inſtitutione ſua, poſt multos Religionis mentitæ annos, in ſęculum, vt vxores accipiant, & hoc in initijs ipſis ſuæ Religionis faciunt? Quid putamus eos poſtea facturos, niſi vt in Clauſtris manentes, eas ibidem habeant & nutriant?

Nam cum illud licitum modò ſit per Inſtitutionem communem, quid poſteà prohibebit vt liceat iſtud? Nunquid, ſicut taliter eſt inſtituta hæc Religio, vt poſtquàm multos annos vſa fuerit vno Religioſo ſuo, pro concionibus, pro lectionibus & Altaris miniſterijs, ille poſsit de ſe quicquid voluerit diſponere; non poterit & ipſa de ſuis legibus ad libitum diſponere cum neceſsitatibus & occurrentijs temporum? Qualibus iſti, quibus omnia licent, legibus ſunt aſtricti? Quam Regulam ſtrictè profitentur? Quomodo, quando & qualem Profeſsionem faciunt? Sed video perueniſſe me eò, vbi ſingulari comparatione ad alios omnes Religioſos proſecuta, demonſtrandi ſint reprobabiles; niſi tu non permittis.

IESVITA.

Omnia tu confundis & nunquam reſponſioni locũ das exclamationibus iſtis tuis, niſi cum reſponderi præ confuſione non poteſt. Præſtaret, puto, non audire te; ſed dic quicquid in buccam venerit & euome totum virus tuum; quandoquidẽ ſolum habes me, vt dixiſti ſemel, pro prouocatorio ad vomitum. Dictum certè, quo nullo magis potuiſti ſignificare paſſionem animi tui in iſtos bonos Patres.

CANONICVS.

II. SECVNDO ergo loco, poſtquam de nomine hoc manè egimus; Sciendum eſt & diligenter conſiderandum, iſtos, Religioſos non quidem vt alij eſſe, ſed æſtimari & appellari velle. Nam ſi Religioſi vt alij voluiſſent eſſe & dignoſci pro talibus, aliquam formam veſtis, quam vocant habitum, vt alij omnes fecerunt, inuentaſſent, qua ab reliquis diſtincti ſingulariter indicarentur. Sed quia poſt omnes alias Religiones, ſuam inſtituentes, quid cui & quæ omnibus eſſent incongrua & inconuenientia, aſtutè inſpexerunt; primò illud diligenter curarunt, ne habitu & colore à longe cognoſcentur &

nota-

notarentur, iudicantes indiſcretè factum per antiquos illos Patres, quòd ſuis diſcipulis particulares & notabiles cum coloribus & figuris veſtes aſsignauerint; quæ fuit ſæpè cauſa, vt in ſcandalo ex flagitio vel facinore vnius, tota Religio non potuerit euadere infamiam. Et ſic formam veſtis ſęcularium Clericorum (reformatam vtcunq; eam quidem) ſuſcipientes, periculum hoc euitarunt; at etiam ipſis ſęcularibus Clericis, in eo ſe magis accommodantes, & apud illos exemplo & laude quadam proficientes, conciliare voluerunt gratiam omnium, in odium Cucullatorum.

Nam ſcire eſt, iſtos in ſui Ordinis inſtitutione, id diligenter intendiſſe, vt ſuis moribus, cum omnibus Statibus & Religionibus omnium hominum, aliquo modo quadrarent: Quod fecit Machometus in ſuo Alcorano. Atq; ità inter alios Sacerdotes, honeſtè, vt par eſt, indutos, Ieſuitam ſi repertas, non dignoſces: niſi fortè in eo quòd bini aliquãdo ſunt, quod tamen iam ex Inſtitutionis forma, ſine vulla neceſsitate incipiunt remittere, ambulantes ſoli & cum famulo poſt ſe, qui

per plateas geſtat pileum, quem recepto galèro, tradere debet in domibus, more Cardinalium & Archiepiſcoporum) Itaq; hoc primo iuditio iudicandum eſt, iſtos verè & realitèr Religiones & Relionem Monaſticam omninò non quæſiuiſſe pro ſe; quin potiùs odiſſe, & extinctas deſiderare omnes, conſentientes tacitè in hoc articulo cum maximè furioſo hęretico Caluino. Et nihilòminus Religioſi volunt appellari & haberi, videntes nomen hoc eſſe deuotum & honorificum apud eos quos decipiunt: & Ordinem eſſe volunt ſuum, & vnum ex Mendicantibus: pro qua re & obtinuerunt Priuilegia. Vide animos, vide ambitionem.

III. IAM, (quod tertium tenet locum) in omni Religione, quæ Militaris non ſit, & poteſt contemplationi vacare, (quod debet eſſe primum,) pro fœminis etiam traduntur ab Inſtitutoribus quædam capita; vt, quæ pro fragilitate & honeſtate ſexus inſpiratæ fuerint Mundum relinquere, poſsint in Religioſa communitate ſimul, vitam aut virginitatem Deo ſacrare. Iſti, quia conſiderarunt nonunquàm hoc fuiſ-

ſe

ſe offendiculum Religionibus, & eſſe onus graue opusq; laborioſum, mulieres gubernare; diuertentes à loco, ſatis illis fuit liberos ſe ſeruare ad inuiſendas aliarum Religionum Moniales, quas indiès, ſub ſpecie colloquiorum ſpiritualium, frequentant. Et nolunt apud ſe habere hanc curam; niſi non benè iſta expono: Quià video eos habere Ieſuiticas ſuas in omni angulo Ieſuitizantes, & alias mulieres ad Societatem Ieſu trahentes, vt conſolentur, & ſpiritualizentur ab illis dulciſsimis Patribus.

Nam (quando dulcedinem hanc tetigi caſu hoc) qui ex geſtibus, modo incedendi, aſpiciendi, loquendi, ridendi, triſtandi, lætandi, conueniendi, ſalutandi, comedendi; ac ex artificio affectatiſsimo omnium aliorum actuum humanorum, hominum iſtorum, non iudicat ſua omnia eſſe artificialia & meditata ad fines humanos: ſine dubio aut eſt candidiſsimus, aut ſi fel eſt in illo, ſemiſtupidus eſt. Quicunq; is ſit ignoſcat mihi.

Itaq; iſti, cum ſæpiſsimè mulieres frequentent, viduas opulentas præſertim; mulieres quidem non oderunt; quas quia

ad ſuam Religionem, vt alij Religioſi, non animant nequè alliciunt, imò nec illis vt alias Religiones intrent, monent; Quid ego poſſū inde colligere, niſi quòd non plenè, nec planè animo Religioſo, iſti Religionem ſuam inſtituerint, & quòd aliquis anguis lateat ſub herba hac, qui debeat in tautos aliquandu mordére.

IIII. QVARTO: Omnes aliæ Religiones in Æccleſia Dei primò ſtatuunt de celebratione Officiorum Diuinorum, quæ deuotè & cum ordine ſolemni celebrata, tantæ efficaciæ apud populum ſunt, vt tu, Domine mi, facilè potes iudicare: & ego quidem non dubito, quin ſit hæc res vna ex præcipuis per quas reuerentia exhibita & exhibenda Romanæ Eccleſiæ ſtat; & quod ſi iſte ſolemnis cultus cadat, periclitabitur ampliùs ipſa.

At, iſti qualiter inſtituerint vnam his temporibus Religionem, neſcio; cum penitùs contempſerint magnum, imò & maximum hoc: atq; cum multi in vno Conuentu ſint, vno aut altero Sacro perfectis, contenti, in reliquo diei nihilminùs curant ex Inſtituto, quàm vt in Templis

plis ſuis Officia Diuina celebrentur. Imò non poſſum ſatis mirari Miraculum hoc, quòd pijſsimi alioqui Principes, etiam Eccleſiaſtici, tribuant præcioſa quæque his, qui talibus ad populi deuotionem & cultus Diuini augmentum, in publicis & ornatis Diuinorum Officiorum celebrationibus, non ſunt vſuri.

Ornant, inquies, Æccleſias optimè ſuas. Sic; ſed nunquid alij non ornant, cantantes & pſallentes, ac hilares Diuina celebrantes & mouentes Mundum in Dei laudem & Æccleſiæ ſuæ honorem. Nonné ſcitum eſt, etiam Gentiles, & Chriſtiani nominis perſecutores, aſsiſtentes aliquando Celebrationibus Chriſtianorum, valde fuiſſe commotos; & Ordinibus illis Eccleſiaſticis & celeberrimis cæremonijs, conuerſos etiam ad Fidem fuiſſe, aut certè laudibus ſummis extuliſſe Chriſtianum cultum? Quid me faſtidio vis afficere, narrans de frequentatione Cōmunionis & Confeſsionis, quæ in Templis Ieſuitarum fit, vndè non poſſunt vacare officijs diuinis? Nonne hæc eſt frigidiſsima excuſatio? Nonnè milliès in die intrabis, ſi placet, in Templa iſtorum, & inuenies

ea ſola, muta, & præ derſertione & ſolitudine, quaſi horribilia? Nonnè in Templis aliorum etiá fit Communio & Confeſsio, non intermiſsis propterea in ſuo loco Diuinis Officijs; quæ in communi Congregatione ſollemniter celebrata, propter inſtitutioné Eccleſiæ, magis proſunt, velis nolis, viuis & defunctis pro quibus offeruntur?

Quid iſtud eſt, quòd velint iſti habere Collegia, in quibus dicunt ſe Studijs vacare, & Conuentus, in quibus neſcio quales illorum commorantur, & neutrobiq; aut ſolemniter, aut cum pompa celebrent ſecundum mores Eccleſiaſticos: aut defunctum cum ritibus funeris conſuetis, ſepeliant; aut Miſſas votiuas cantent; aut horas Canonicas, vt faciunt omnes alij Religioſi, perſoluant; aut funera fidelium comitentur; aut in proceſsionibus ordinarijs & Litanijs publicis inueniantur.

Quid iſtud eſt, quòd tali induſtria inſtituerint iſti ſeſe, & ſe conſeruent, vt ſentiant Religioſorum commoda, onera reijcientes? Quanam re, iſta omnia, quæ pro ſeruitio Eccleſiæ & vtilitate Fidelium non faciunt, compenſant? Pueros docen-

do? ô tempora! ô mores! ô ſęculum miſerandum, in quo omnibus creditur quicquid volunt dicere, etiam fœminis quòd habeant infixas plagas Domini noſtri IESV Chriſti, imò in amoris Diuini teſtimonium, quòd impreſſam in pectore habeant ipſam totam effigiem filij Dei crucifixi! Nam teſtis ego ſum horum, quæ credita ſunt, annis proximè elapſis, cuidam fœmine Religioſæ & alteri ſeculari deuotiſsimis Ieſuiticis.

Itaq; pueros docendo tantùm, iſti tot tantiſq; honoribus & bonis digni ſunt, & indigni omnes alij, qui & pueros docuerunt & docent, & non ceſſant clamare quotidiè: Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.

IESVITA.

Citò accedes ad Sacrum Canonem vt video.

CANONICVS.

Neceſſe quidem fuit tranſire priùs per iſtos Benedictos qui venerunt in nomine Domini. Sed vide iam quintum.

OMNES alij Religioſi, Ordines ſuos taliter haben. inſtitutos, vt opus ali- V.

 quod

quòd extra ordinarium inſtitutores elegerint, quo pęnitentia ſingulari peccatores ad communem pœnitentiam prouocarent, vt eſt de Franciſcanis, (vt alia multa, etiam grauiora & grauiſsima taceam) ieiunium ſub Voto ſolemni & obligatorio præcepto, vnius diei in ſeptimana: apud Dominicanos, quod carnes non comedant in menſa cõmuni: apud Carthuſienſes perpetua illa recluſio; apud Benedictinos & Auguſtinianos exilium illud heremeticum; apud Mercenarios captiuorum redemptio: & ſic de alijs; qui omnes habent aliquid ſingulare auſterum & contra communem vitam durum, quo, tanquam ſingulari cultu diſtincti ab alijs, DEO ſeruientes, (præterquam quòd in cæteris operibus pœnitentiæ & meritorijs aſsimulantur interſe) exemplum particulare præbent Mundo.

At verò iſti tui quid habent ſimile ſi noſti? Et ne mihi recites illud, quod in vna ſuarum regularum dicunt eſſe proprium ſuæ vocationis: ſcilicet circuire per Mundum & vbique viuere, vbi opus ſit pro Romanę Æccleſię defenſione: quia hoc eſt, vt omnibus alijs commune, ita dele-

delectabile iſtis. Nam ſi quid certè prẹter id,quod nihil ſingulare eſt, habent, apud ſe ſeruant ignorante Mundo, cui exemplum in ſimilibus dandum videtur. Ego verò nihil potui tale inter illos inuenire, etiamſi curiosè quæſiui; niſi id fortaſsè ſint,illæ naſcio quæ abſtractæ & Metaphiſicæ contemplationes, quæ vocant exercitia, quibus, neſcio quot diebus, neſcio quid ſecretò, in domibus ſuis faciunt neſcio quibus, qui poſtea indè exeunt pallidi & ſpiritati. Sed, cum hoc, quicquid certè ſit, ſeculares exerceant & experiantur, nec velint aut ſciant poſtea narrare quomodo vocetur; puto non pertinere ad Inſtitutionem, ſed ad inuentionem eorum; aut nihil certè boni eſſe ſingularis quod huc pertineat. Secùs ſi tu qui meliùs fortaſsè noſti, non meliùs exponis. Namq; ego nihil prætereà video, niſi quod benè comedant & melius bibant, optimè veſtiantur, nihil immundũ aut commune dicant, & nihil reijciant quod cum gratiarum actione appoſitum, poſſunt accipere, præſertim ſi pecunia ſit, quam vnicè amant. Vnde & tranſeo ad ſextum.

VI. OMNES alij Religioſi, qui reditibus in communi, pro ſuſtentatione vitæ vti voluerunt, in principijs ſuarum inſtitutionum, mendicabant tantùm veniam à populo, vt poſſent manere in locis & habitaculis derelictis, quando expreſsè ſingularis aliqua perſona non adducebat eos ad locum iam præparatum, Et poſteà paulatim, pro copia facultatum quas fortè habebant in ſæculo, intrantes Religionem; vt augebatur numerus, augebatur reditus, ſuperfluis reiectis; & ſic inuenies in hiſtorijs; licèt in hoc nunc ſit apud omnes ferè quędam corruptio.

Sed, vt dicebã, in ſuis initijs, nulla præcedebat pactio, nullus tractatus, ſuper reditibus conſignandis; ſed Apoſtolicè incipiebant populo in ſpiritualibus inſeruire, qui poſtea pro meritis ſuis & propria deuotione & liberalitate, eos paulatim ditabat. Nec cogebant Fideles vt ſibi pro prædicatione & Sacramẽtis adminiſtrandis, facultates præſignarent, veſtitu & victu quotidiano contenti. At verò tui iſti Patres, benè ſcis, quòd niſi priùs firmiter conſtet de firmis & fixis reditibus, quibus ſe, non pro neceſsitate, ſed pro voluntate

ſua,

ſua,nutriant,non ibunt commorari in loco aliquo, etiamſi propter abſentiam eorum,totus debeat perire.

Interrogo ego nunc eos verbis Apoſtoli: Dicite mihi. Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis,an ex auditu Fidei?Nonné Iudaicé hoc faciunt iſti? Nonne opera Iudaicé Legis ſunt iſta? Nonne Iudaica diffidentia de DEO eſt, quòd iſti non velint credere gratiæ ſuæ, quòd qui dat ſemé ſeminanti, & pané ad manducandum præſtabit? Nonné his periculoſis temporibus, Religio quæ non niſi pecunijs prȩuijs & reditibus priùs conſtitutis inſtituitur, periculoſa eſt? Nonné ſpiritus iſte alieniſſimus videtur à Fide? At dicere paras, (Ego ſentio) neſcio quid:

IESVITA.

Ab initio non fuit ſic.

CANONICVS.

Sed, Qui creauit eos,quid ne determinauit ſuper ea re?

IESVITA.

Mendicans & pauperrimus ipſe cum

ſocijs ſuis circumibat, vbiq; proponens verbum DEI, & exemplis vitæ multos conuertens ad pœnitentiam; nec iſta, ſi propter neceſsitatem locorum & temporum, cum conſcientia Sedis Apoſtolicæ fiunt, fiūt ex Inſtitutione aut mandato eius. Neceſsitas, quæ non habent legem, (& dixit eſſe Deum, ille,) fortaſsè cogit vt alicubi ſimilia debeant fieri.

CANONICVS.

Videris reſpondiſſe tandem aliquid nunc ad propoſitum, vndè ex ſuperioribus, ſi vera iſta ſunt, non concludatur aliud, niſi quod tàm citò iſti, vt alij per tot ſæcula, corrupti ſint; quòd tamen cum ſit malum in illis, in iſtis peſsimum eſt. Sed quoniam Inſtitutoris iſtorum & circumitionis ſuæ feciſti mentionē; ad ſeptimum notabile tranſeundum eſt.

VII, OMNES alij Religioſi, qui in Æccleſia ſunt, Inſtitutores ſuarum Religionum, & tales quidem habuerunt, vt pòſtquàm, ſpreto ſæculo, vitæ contemplatiuæ ſe addixerunt, aut Cultum illum particularem electum, proſequi incepeꝛunt; liberi ab omni macula & criminum ſu-

ſuſpititione, (hæreſeos præſertim) extiterint, etiamſi antè conuerſionem ſuam, aliâs prophani & culpabiles in aliquo genere fuerint. Iſti verò Inſtitutorem ſuum Ignatium illum, talem habuerunt, qui poſt militiam ad annos vſq; plùs quàm viriles exercitam, & poſtquàm moribundus ex vulnere, Votum illud fecit viſitandi Eccleſiam diuæ Virginis de Monſerrat, in Catalonia; & peregrinandi, ac Ordinem inſtituendi & ſocios congregandi, concepit ſpiritum; quinquiès fuit detentus ab Inquiſitione Hiſpanica, tanquam ſuſpectus de hæreſi ſuper quibusdam Articulis, quos concionando proponebat; de quibus fuit illi iniunctum, ſub pœna damnationis, in Vniuerſitate Complutenſi, ne ampliùs neq; benè neq; malè loqueretur. Quinquiès, inquam, hoc eſt quinq; vicibus, euocatus & incarceratus ab Inquiſitione Hiſpanica fuit, tanquàm ſuſpectus de hæreſi; & tandem ſententia in illum fuit lata, quam dixi. Vtrum verò Religio, his temporibus cùm his dubijs inſtituta, nullum poſsit habere dubium, viderint prudentiores. Atqui quòd vera iſta ſint, extat liber hiſtorialis totius Rei-

publicæ Chriſtianæ, editus ante quindecim annos vel circitèr, in Hiſpania ipſa, cum bona venia, Inquiſitorum ipſorum, & ſupremi Conſilij Regij, per Fratrem Hieronymum Roman Ordinis Hæremitarum diui Auguſtini authenticum Chroniſtam.

Quòd autem iſta dubia, plura alia in Æccleſia Romana paritura ſint niſi modò competenti illis occurratur, indicio ſit celeberrimus iſtorum Concionator, qui anno Quinto Pontificatus Sixti V. Madritti in Hiſpania, publice concionatus eſt contra eundem Pontificem, quòd videretur is Ordini Ieſuitico non fauere; ac ob quędam alia hûc non pertinentia: Propter quod, etiam à Ceſſare Spetiano Nuncio Apoſtolico, qui nunc apud Imperatorem eſt, ibidem vocatus, & Romam, ad reſpondendum in iuditio miſſus, inopinata morte Pontificis, in itinere ipſo, vt dicitur, liberatus fuit. Inditio etiam poſſunt eſſe vigintiquinq; aut triginta ex præcipuis & doctioribus iſtorum, quorũ aliquos ego ſciui & vidi in diuerſis locis aliarum Religionum detentos per Inquiſitionem ipſam Hiſpanicam, ac etiam in

ipſis

ipſis ſuis carceribus, quo ad vſq; Catholicè reſponderent, aut retractarent, opinionem quandam ſuæ Religioni communẽ, ſuper materia Sacramenti Pœnitentiæ; Et horum teſtis occulatus fui, dum per Caſtilliam quam vocant veterem, venirem ex Luſitania in Galliam. Nam in Conuentu Franciſcanorum Vallisoletano, vbi habebam quosdam notos, cum viderem duos iſtorum detentos, perquirens cauſam, intellexi rem, ità vt narraui. Et quia fortaſſe tu Domine mi, iſta ignorans adeò admiraris & horres audita, breuiter hinc expeditus tranſeo ad octauum.

OMNES alij Religioſi Conſtitutiones ſuas ad profectum & emolumentum totius Eccleſiæ ità ſolerter attemperant, vt propter particularem, ſeu honorem ſeu vtilitatem propriam, nullo modo aliqua earum ſit præiuditiabilis. Aliter enim genimina viperarum eſſent, matrem propriam, vt in lucem exirent, euiſcerantes. Et nihil certè poſſet boni tandem ſperari de his filijs aut famulis qui proprijs intenti, commoda parentum & dominorum contemnerent. Nonné iſta? VIII.

IESVITA.

Er quidem veriſsimè.

CANONICVS.

Scito ergò habere & ſeruare iſtos inter alias, Conſtitutionem hanc: quam ſi non fortaſsè eisdem verbis, eodem tamen ſenſu, à multis annis habeo in memoria impreſſam, cum legerim quadam die furtiuè in camera illius Ieſuitæ Galli de quo tibi partem hiſtoriæ narraui. Et dico me legiſſe furtiuè, quia ita fuit dum ipſe parumpèr foràs exiuiſſet, me ſolo relicto; ac caſu cum retrò ſcrinium inſpicerem, viſo ibi libello, accepto & in prima occurrenti pagella lecto, (de qua tamen re ipſe dum redijt cum valdè iraſceretur, vt in manibus meis libellum vidit, arripuit, meq; corripuit quòd apperuiſſem, tanquam quòd ipſe cautè libellum illum ab alijs qui in menſa erant extractum, illuc proieciſſet ne ego fortè manibus contrectando, vt communiter fit de minoribus codicillis, arcana illa myſteria profanaré) iſta in eo habebantur: Si quis ex Pœnitentibus, qui ad noſtros Confeſſarios pro abſolutione peccatorum veniunt, iudicatus

fue-

fuerit non abſoluendus, atq; is accedens alium, viſus ab ipſo fuerit abſolutionem mereri, cognito quod primùs Confeſſarius perperam Pœnitentis conſcientiam iudicauerit, atq; iniuſtè abſolutionem negauerit: nihilominus non præſumat illum abſoluere, ſed aliqua cauſa ad dilationem adinuenta, Pœnitenté ſuſpenſum remittens, primum Confeſſorem conueniat, & communicata cauſa, poſtquàm conſtiterit debuiſſe abſolui Pœnitentem, prior ille qui abſolutionem negauit, quæſito aliquo colore, illum ad ſe reuocans, abſoluat: & hoc fiat ne Confeſſores noſtræ Religionis tanquam ignorantes paruipendantur. Ita hoc eſt: Iſtam Inſtituti ſui regulam iſti habent, niſi à tempore quo ego eam legi aboleuerunt. Quid tibi videtur? Nonnè artificioſa huius Sacramenti adminiſtratio iſta eſt, & ſeruire hîc cogitur ambitioni iſtorum Pœnitentiæ Sacramentalis vſus?

IESVITA.

Minimè quidem. Quin imò ſi miniſtri Sacramentorum circà munera ſua vilipendantur, deſpectui erunt ipſa Sacramenta

pau-

paulatim. Nec video ego in ea Conſtitutione tot abſurda, quot tu forſitam velles explanare.

CANONICVS.

Velles dixiſti? Volo in præſenti paucis te rationibus illuminare, quandoquidem Trabem hanc in oculis tuis non conſideras. Nam in tali caſu iſti euidenter demonſtrant non ſe inſtituere Confeſſores ſuos tantùm ad vtilitatem totius Æccleſiæ Pœnitentium (quod eſt ſpeciale nominatum munus ſuæ inſtitutiunis, vt habetur in Regulis Ignatij) quin magìs ad opinionem & profectum Religionis ſuæ. Quia quicunq; ſe alicuius ſeruitio dedicat ea ratione vt quando damnum aut incommodum perſonæ ſuæ imminet ſi recte ſeruiat, velit potiùs inferre illud incommodum Domino, ſeruiendo fictè & fraudulenter; talis non ex animo famulatur, quin potiùs Domino ſuo pro famulo vti vult ad propriam commoditatem. Quam ego doctrinam, niſi quia puto tibi probabilem ſatis eſſe, multis argumentis, textibus & exemplis Sacræ ſcripturæ probarem. Verùm conſidera tantùm nunc, quòd iſti omnia ſua ſe dicunt facere in profectum

Æc-

Æccleſiæ, & proptera Summo Pontifici ſe ſtrictioribus verbis in profeſsione ſuæ Inſtitutionis obligant: Quod cum ità ſit, & nihilominùs tali Conſtitutione eidem Æccleſiæ valdè noceant; negare non poteris quàm non candidè ſeruitio eius ſe mancipauérint. Et quàm fortaſsè plusquàm candidè Pontifex qui ſua omnia approbauit, illis crediderit.

IESVITA.

Benè; Sed oſtende iam illa damna quæ iſta Conſtitutione toti Æccleſiæ Catholicæ inferunt.

CANONICVS.

Rectiſsimè hoc oſtendendũ venit. Et primò quæro ex te, an tu non eum putes nocere Æccleſiæ, qui in re Eccleſiaſtica nocet membris eius? Secundò, an non putes per illam Conſtitutionem vniuerſalẽ de non abſoluendo niſi vt vbi traditur, Pœnitente, omnes pænitentes in illo caſu ab abſolutione excludi? Tertiò, an omnes Pœnitentes non putes pertinere ad Æccleſiam? Quartò, an fictionem non putes eſſe peccatum? Quintò, an fictionem & fraudem circa Sacramenta Æccleſiaſtica

non

non putes eſſe ſacrilęgium? Sextò an do-ctrinam contra verum & legitimum vſum Sacramentornm non putes eſſe hæreſim?

IESVITA.

Subſiſte: Non videris habiturus finem. Fac me omnibus iſtis reſpondiſſe quod placet. Quid indè?

CANONICVS.

Quid, niſi quòd, cum teneantur iſti in Confeſsionibus eandem veritatem confiteri quam ipſi Pœnitentes; eâdem ſinceritate procedere; conſolationem & gratiã Spiritus Sancti, Pœnitenti diſpoſito, per abſolutionem Sacramentalem neque negare, nec ad punctum differre; Sigillum Confeſsionis propter ſua commoda in detrimentum conſcientiæ Pœnitentium non violare; contraria omnia facientes, & id ex Inſtituto communi, & propter ſolam ambitionem reputationis ſuorum; fraudulenti, & iniurij toti Æccleſiæ Catholicæ ſint; fictionibus in Sacramentis adminiſtrandis vtantur; Sacrilegia committant; & hæreſes videantur apud ſe fouere?

IESVITA.

Reſtat

Reſtat ne & aliud quo per comparatio-nem ad alios Religioſos, iſtos Patres re-probes? Quia vellem audire omnia per ordinem ad finem vſq;, vt defenſiones meæ vltimæ ſint.

CANONICVS.

Igitur, Domine mi, ne dicas deinceps mihi vt ſoles, quòd non te permitto lo-qui; & quòd arte expeto tunc reſponſio-nes tuas, cum ampliùs tempus non eſt; Ecce tu nunc ſponte taces.

IESVITA.

Ideò id quidem, quia vt volo, reſpon-dere non poſſum, niſi poſtquàm cuncta tu dixeris, quibus ego plurima reſponſa in pectore ſeruo; ſed & ecce certè ino-pinato apparet ibi capitellum turris A-quenſis ſeu Aquisgranenſis, & ciuitatem iſte proximus collis occultat, nec puta-bam nos adeò propè eſſe.

CANONICVS.

Via quidem non fuit difficilis, & nos prætèer ſolitum properauimus; nam ſen-tio vtcunq; fatigatum equum. Sed nun-

quid eſt aliquid dignum viſu in hoc loco?

IESVITA.

Imò; eſt Templum ſummum in eam formam extructum à Carolo Magno, quā habet Templum Dominici ſepulchri Ieroſolimitani: atq; ibidem eſt Solium in quo, primo diademate inſigniri debet Romanorum Imperator. Inſuper ſunt in hac ciuitate fontes plurimi aquæ penè feruentis, ex qua ſtagna & balnea fiunt ad varia genera ſanitatum maximè conducentia. Poteris omnia adhuc hodiè, ſi placet, luſtrare.

CANONICVS.

Omninò certè. Feſtinemus propterea magis.

DIALOGVS

SEPTIMVS & vltimus.

IESVITA.

HÆC FVIT, DOMINE in Chriſto chariſsime, prima Ciuitas Germaniæ Imperialis, ex his quas viſuri ſumus in

hoc itinere, quæ hæreticos omnes admittunt.

CANONICVS.

Quid audio? Non habet Aquiſgranum Religionem?

IESVITA.

Non vnam quidem, ſed cunctas ſimul, habet. Arca Noë eſt, in qua mundæ & immundæ creaturæ ſunt congregatæ: nam liberum quidem eſt ibidē exercitium Catholicæ religionis, ſed & liberi etiam ſunt errores & abuſus Calviniſtarum, Lutheranorum, & quorumcunq; errantium.

CANONICVS.

Equidem de ijs Congregationibus Regnis aut Ciuitatibus, quæ vnam aliquam tanquàm veram, (etiam ſi contraria veræ illa ſit) Religionem profitentur, non mihi videtur vſq; adeò horribilitèr ſentiendū. Errores ſunt: vnus communiter ab omnibus receptus, ſingulos decipere faciliùs poteſt. Sed quòd vni ijdemq; ciues, ſub vno regimine quoàd mores ciuiles conſtituti, cùm inuicem inter ſeſe circà cultum & Religionem diſſentiant, non ſibi ipſis argumento ſint, quòd nihil fortè ha-

beant apud ſe certi & veri, hoc ego demiror valdè. Nec adduci poſſum vt credam, vbi multæ Religiones impunè ſunt, aliquam earum ex corde eſſe receptá; quidquid hęretici alitèr ſentiant. Namq; illa libertas conſcientiæ, quam excuſant, neſciò quomodo libera verè ſit ſine Zelo, ſaltèm pro hoc, vt non libeat in ipſo conſpectu blaſphemari.

IESVITA.

Iſtis omnibus ſatis eſt, Papiſtas, vt ipſi dicunt, non eſſe; cætera perindè ſunt, modò in odio in Æccleſiam Romanam ſit conſenſus: Sed dimittamus hæc & oremus DEVM vt liberet nos hodiè à latronibus; quia via in qua ſumus vſq; Duram, ſolet eſſe illis plena; atq; vtinam non fuerimus ex ipſa ciuitate notati.

CANONICVS.

Auertat omen Dominus; ego melioris ſpei ſum; nec dubito quin fęliciter ſimus tranſituri, modò tu audias manſuetè & patienter, ea quæ dixiſti herì te velle per ordinem vſq; ad finem audire.

IESVITA.

Vſq; ad finem dixi; nam tandem habi-tura ſunt finem; poſt quem ego incipiam.

CANONICVS.

Ego verò nunc proſequor nonum no-tabile.

OMNES alij Religioſi, ſtatis tempo-ribus & terminis præfixis, Profeſ-ſiones ſuas emittunt ſollemniter & pub-licè ſic, vt nemo Fideliū decipi in eis poſ-ſit, pro Profeſſo accipiendo & honorandò eum qui non ſit, nec poſsit eorum Reli-gio decipere quenquam in hoc quod ali-quis eorum, aliquid tanquàm Religioſus faciat, cum verè non ſit. Imò & hoc ipſi alij Religioſi pro his Fidelibus qui de Prò feſsionibus ſingulorum certiores facti nō ſunt, per veſtes exteriores, quibus Profeſ-ſi à non Profeſsis, (ſi qui per plateas va-dunt) diſtinguuntur, manifeſtum faciunt. Alioqui iniquum & illuſorium iudicari poſſet, quòd aliquis in habitu illius qui ipſe non eſt, quicquam faceret aut dice-ret, propter quod tanquā is quem ſimulat honoraretur. IX.

Iſti verò tui Patres, ex inſtitutione ſuæ Religionis nullum tempus neq; primorum Simplicium Votorum, neq; ſolemnium & veræ ſuæ Profeſsionis, præfigunt. Vndè fit vt non omnes qui Ieſuitæ vocantur & Patres Societatis Ieſu videntur, id ſint; imò ex omnibus quos videmus, more Ieſuitarum indutos, loquentes audientes Confeſsiones, concionantes, celebrantes, docentes, ſcribentes, diſputantes, Mundum diſcurrentes, miracula facientes; minima pars eorum Ieſuitæ, hoc eſt ex Societate ſua Ieſu ſunt: & tamen vocari ſe volunt & haberi Patres Societatis, cum Profeſsi hoc eſt Religioſi non ſint. Et quandiu bona faciunt in creditum & augmentum Religionis ſuæ, nemo eſt ex Profeſsis qui dicat talem vel talem non eſſe ex ſua Societate, aut Religioſum ſui Ordinis: ſi verò aliquid non rectè fit ex quo populus minùs ædificetur, ilicò eiecto autore, notorium fit eum tantum in probatione, non autẽ ex Societate fuiſſe.

Nonne hæc eſt patentiſsima fallacia? Nonne eſt aſtutiſsimum, & reſpectibus omninò humanis adinuentum hoc? At dices; Quid tu, quod Sedes Apoſtolica appro-

probat, reprobas? Non facio ego id quidem, ſed humanas rationes de humanis actibus inquiro & reddo, Nonne ſumus homines omnes? Aut eſtne Articulus fidei approbatio huius Religionis, in qua dormitare non potuerit, aut quicquam minus exactè perpendere bonus ille homo & Pontifex Paulus tertius, qui habuit in ea re multos & ſanctiſsimos Cardinales ſibi aduerſantiſsimos? Sciò pium Pontificem, nihil dubij aut non ſani ſuſpicantem, admiſiſſe ad Religionem honorabilem hos, pulcherrima Inſtitutionis ſpecie hominem allicientes. Sed nunquid ipſi intima cordis promebant?

Coadiutores vocant, eos qui Profeſsi non ſunt; & cum ad numerum decem aut duodecim millium omnes appellati Ieſuitæ ſint; Profeſsi ſunt forſitàn tantùm quingenti aut ſex centi, ex quibus formaliter conſtat Ieſuitarum Religio. Nunquid iſti tam parua fiducia in Deum, inſtitutum habent Ordinem ſuum, vt timeant ne non poſsit niſi à parrariſsimis hominibus teneri? Aut ſi pro omnibus hominibus, vt Regulæ eorum dicunt, Ordo iſte inſtitutus eſt, nec faciunt aliquorum

ſelectum; quare tot priuant tanto merito, quandò tam paucos ad Profeſsioné admittunt? Et ſi paucos admittunt, cur plurimos volunt haberi à populo pro admiſsis, cum nulla ſit inter vtroſq; , in aliquo vitæ aut ſigni genere, differentia?

IESVITA.

Cautè & ſanctè iſta fiunt ſic, propter difficultatem adimplendorum Religionis Votorum, vt expreſsè ait qui primus tradidit Statuta.

CANONICVS.

Sed quam difficiultaté habent iſta Vota præ alijs aliarum Religionum omnium? Auſculta parum. Tria ſunt de quibus iſti maximè cum gloriari velint, fortè etiam apud Deũ, faciunt in Inſtitutionibus ſuis primis, iteratam mentionem: nam reliqua communia fatentur eſſe ſibi cum alijs. Hæc ſunt, Obedientia quam ſpecialiter promittunt Papæ: Aſsiſtentia in Confeſsionibus audiendis, propter conſolationem fidelium; Diligentia in docendis pueris & rudibus, propter vtilitatem populi & exemplum. Nonné eſt ita?

IESVI-

IESVITA.

Sic ego intellexi ſæpè ab iſtis Patribus, quòd hæc tria ſæpius inculcauerit Sanctus ille Ignatius, tanquàm ſuæ Religionis præcipuos fines.

CANONICVS.

Sed quam rogo difficultatem tu vides in his? Nonne, Chriſtianiſmi rudimenta docere pueros & rudes, facillimum eſt, etiam ocioſis ipſis & communibus vagabundis? Ad promittendum aut profitendum hoc oportet ne hominem multis annis eſſe probatum? At verò, Confeſsiones nonne ſedendo, veſtiti, ſatures, in loco calido aut ſtrato, hyeme, amæno per æſtatem, audiunt? Quis labor eſt audiendis Confeſsionibus, propter quem aſſumendum oporteat virum diù multumq; probari?

Iàm, Obedientia præſtanda Papæ, quænam res eſt quam debeant adeò exaggerare, vt propter nimiam difficultatem, debeat eius profeſsio differri, vſq; in ſenectutis annos, quando certè minùs poteſt præſtari? Nam neq; peregrinatio tunc eſt poſsibilis, neq; ſtudium, neq; paupertas

neq;(vt eleganter D. Hieronymus docuit) alius ullus extraordinarius etiam in iuuentute continnatus, labor; quem tamen in illo Voto maximum eſſe, prætendunt falsò.

Nunquid Summus Pontifex Vicarius Chriſti in terris, iubebit impoſsibilia ad quæ ipſe CHRISTVS neminem obligauit? Aut ſi impoſsibilia iuberet, nunquid per Votum illud ſuum adeò laudatum, tenerentur obedire? Quomodo ſi non poſſent? Et ſi poſſent, quid magis ſuum quam aliorum eſſet, cum poſſent, obedire? Quid eſt hoc? Quatum ſapio; quantum capio: Quid eſt hoc? Quorum nouorum dæmoniorum iſti ad nos annunciatores venerunt? Ego non eos liberos ab obligatione reſtitutionis omninò puto, cum vel eleemoſynas vel facultates à Fidelibus recipiũt tali fide dantibus, tanquàm illæ pro ſuſtentatione Religioſorum ex Societate IESV ſint, cum ij qui Religioſi ſui Ordinis non ſunt eas abſumant. Nam (quod ipſi vltrò fatebuntur,) qui Profeſsionem illam heroicam vnde Socij Ieſu ſunt, emiſerunt, maioris meriti ſunt; atq; ideo opera pia in illos exercita

ma-

maioris meriti ſunt etiam apud DEVM. Vnde Fideles ſuæ Religioni tanquàm Ieſuitis veris dona & bona tribuentes, cum verè pro veris Ieſuitis non ſint, aliquo modo decepti, merito quod apud Deum intendunt, defraudantur, alioqui ſi talia noſſent, fortaſsè, & ſine dubio aut non, aut non tàm abundantèr largituri.

IESVITA.

Ergò Nouitij aliarum Religionum, non deberent ſuſtentari de eleemoſynis quæ pro Religioſis dantur.

CANONICVS.

Non ſequitur. Quia totus Mundus ſcit, & ipſi Religioſi publicè confitentur eſſe in Conuentibus ſuis vnum aut alterũ Nouitium, pro quo, cùm foràs non exeat neque aliquod munus in publico exerceat, petunt. At verò iſti tui cùm aliquando in vna Domo aut Conuentu, habeant fortè vnum aut alterũ Profeſſum qui verè Religioſus ex Societate ſit, ſintq; quinquaginta aut centum Coadiutores ſpirituales & temporales, omnes publica munera Religioſorum Profeſſorum exercentes, in Concionibus, Miſsis, Confeſsionibus

&

& Doctrinis, petunt abſolute pro Patribus Ieſuitis; & neſcio quomodo in eo non mentiantur, cum fortè ibi nemo ex Profeſsione ſolemni verus Ieſuita ſit. Atq; ideò neſcio etiam quomodo non ab inuitis & deceptione hac coactis Fidelibus Eleemoſynas rapiant.

IESVITA.

Sed tu non conſideras quòd authoritate & conceſsionibus Sedis Apoſtolicæ, Coadiutores omnes Societatis Ieſu apud eos recepti & degentes, ijsdem Priuilegijs & prærogatiuis ſpiritualibus & temporalibus gaudeant quibus ipſi verè Profeſsi.

CANONICVS.

Ego nihil loquor de Priuilegijs: Omnia dico de rerum natura. At ſi ità eſt, vt dicis; quid amplius valent Profeſsi, non Profeſsis? certè aut quaſi nihil valent vtriq;, aut iſti non minùs illis: & omnes ſatis ſtulti ſunt, ſi non ſunt illis ſatìs Priuilegia communia, & anhelant ad Profeſsionem illam vltimam, inanem quidem vt videtur per tuam iſtam doctrinam. Sed libet tranſire hinc, & ire in Gallilæam, cum notando decimo.

OM-

OMNES alij Religioſi ſimpliciter vni- X.
us Religionis ſunt, in qua aut pau-
pertatem in communi & in particulari,
aut in particulari tantùm profitentes,
vtroq; pede firmiter inſtituuntur & fir-
mantur, ne per Regulam ſuæ Profeſsio-
nis aliquando videantur claudicare, aut
contradictione aliqua intricari. Alioqui
obijci meritò illis poſſet illud Heliæ:
Vſq;quò claudicatis in duos pedes? Si
DEVS eſt Baal ſequimini eum, ſui au-
tem Dominus eſt DEVS ſequimini il-
lum: Et illud Apocal: Vtinam frigidus
eſſes aut calidus; ſed quia tepidus es, in-
cipiam te euomere ex ore meo. Nam
efficaciſsimum argumentum prauæ ali-
cuius conceptionis eſt, cum quis non re-
cta & ſimplici via incedit, Sacra propha-
nis miſcens, & perfecta imperfectis, ma-
ximè in inchoatione rerum nouarum
atq; dubiarum. Nonnè tibi ità vide-
tur?

IESVITA.

Omninò.

CANONICVS.

Scito

Scito igitur, eſſe Patres tuos hos, in vna eademq; Religione, diuites & pauperes ſimul in communi.

IESVITA.

Poteris probare tu hoc?

CANONICVS.

Aut certè quòd contradictionem habeat Inſtitutum eorum, quod erit æquè abſurdum, & vnde intentum principale meũ, quòd ſcilicet iſti periculoſi Æccleſiæ Catholicæ & reprobabiles ſint, manifeſtè apparebit. Habent igitur Inſtitutionem ſuam ſic: Voueant, ſinguli & vniuerſi, perpetuam paupertatem, declarantes quòd non ſolùm priuatim ſed neq; etiam communiter poſsint pro Societatis ſuſtentatione, aut vſu, ad bona aliqua ſtabilia, aut prouentus ſeu introitus aliquos, ius aliquod Ciuile acquirere; ſed ſint contenti vſu tantum rerum, ſibi donatarum, & ad neceſſaria ſibi comparanda, recipere. Poſſint tamen habere in vniuerſitatibus Collegium ſeu Collegia habentia reditus, cenſus ſeu poſſeſiones, vſibus & neceſſarijs ſtudentium applicandas, retenta penès Præpoſitum & Societatem omnimoda

da gubernatione, ſeu Superintendentia ſuprà dicta Collegia,& quòad omnia eò & ad ſtudentes pertinentia, omnimodo regimine & curca: ſic tamen vt Societas, dicta bona in proprios vſus conuertere non poſsit, nec ipſi ſtudentes & gubernantes illis valeant abuti. Hæc ſunt ipſiſsima ſenſa & ferè verba eadem: in quibus luce clariùs videtur inſtitui Religionem, quæ habeat in communi, & non habeat diuitias & reditus annuales. Nec dicam qualiter illud de non habendis, corruptum ſit & non ſeruatum in ſexcentis locis & ciuitatibus; quia mihi reſponderi poteſt per aliquod Priuilegium ſpeicale, vt contingere poteſt eſſe conceſſum. Sed quòd & haberi & non haberi per iſtam Conſtitutionẽ inſtituatur, aut contradictio merà & vera ſit, probatur per hoc; quòd Societas ipſa, quæ iubetur eſſe pauper in communi ſine reditibus, permittitur habere pro ſuis ipſis ſtudentibus, Coadiutoribus, & verè profeſsis. Collegia hoc eſt Cõuentus, domos, domicilia, monaſteria, vt reliqua habitacula omnium aliorum Religioſorum ſunt, quæ reditibus & annuis prouentibus ditentur.

Ipſa

Ipſa inquam Societas, quæ poteſt habeare iſta Collegia in Vniuerſitatibus, ipſa eſt cui tribuitur omnimodum ius Ciuile & proprium ad omnimodã & herilem gubernationem. Ipſa Collegia reditus habentia, ſunt Ieſuitarum, & ipſi illis vtuntur & fruuntur ad libitũ immediatè, nulla interpoſita perſona; ipſi Ieſuitæ & Socij Religioſi veri & Profeſsi, Domini ſunt propriè & authoritatiuè; & quod ſibi bonũ videtur ex abundantiſsimis reditibus concedunt ſtudentibus ſuis, reliquo vtentes ad placitum, & ſibi ipſis non ſtudentibus loco eleemoſynæ applicantes, quando poſſeſsiones, eleemoſynarum nomine, Ieſuiticas, hoc eſt, Apoſtolicas faciunt; ſicut Collegia & Vniuerſitates, & non Conuentus & Ciuitates, diſsimulandi gratia, nominant; quas quidem Vniuerſitates, vbi non ſunt, ipſi erigi in ſua Societate faciunt, vt extruere poſsint Collegia vbi Conuentus & Domos prædiuites habere volunt. Et iſta eſt Galilæa illa, ad quam me dixi velle tranſire, ex qua Propheta non eſt, niſi qui mendacia pro veris vendat, & ficta confictaq; omnia ſimplicibus & pijs Catholicis, de ſe proponat. Ego

non

non loquor imagines ſed viſa. Puto non habere iſtos in tota Religione ſua tertiam partem domiciliorum, quæ Collegia non appellentur. Imò non puto eos habere duo ex decem; neq; tertium ex decē Conuentibus qui non habeat reditus; & omnes, mixtìm Profeſsi & Coadiutores poſſident & habitant; dicentes ſe eſſe etiam pauperes in communi, pro vno aut altero loco vbi ex parte verum eſt, cum vbiq; ex toto falſum ſit.

Quòd ſi illa quæ appellant Collegia velint dicere erigere ſe pro his qui ſtudent & Profeſsi ſuæ Religionis non ſunt; quomodo Inſtitutū dicit quòd Societas ipſa, hoc eſt Ordo Societatis, qui non miſi in Profeſsis conſiſtit, habeat, gubernet, vtatur & poſsideat ea omnimodo iure? Nunquid ſi quis inſurgeret in illos ſtudentes Coadiutores, & vellet Collegiorum illorum reditus vſurpare, allégans nullius Religionis illos prouentus eſſe, aut ſuperfluos eſſe; non teneretur per iſtam Inſtitutionem Societas ipſa, ius ſuum quod in dicta bona ciuile habet, appellare & exequi? Quòd ſi jus habet ciuile & proprium Societas ad bona Collegiorum per Regu-

lam ſuæ Inſtitutionis vniuerſalem ; quo-modo vouent omnes & ſinguli tàm per ſimplicia quàm per ſolemnia Vota ſe non habituros ius aliquod ad aliqua bona ſta-bilia ? Nam quod addit Inſtitutio; Ità ta-men vt Societas dicta bona in proprios vſus conuertere non poſsit. Si hæc quæ dico ſpeciem aliquam veritatis & rationis habent, fictitium omninò eſt & diſsimu-latorium.

Etenim vſus Studentium Ieſuitarum, vſus Collegiorum Societatis Ieſu, vſus & fructus bonorum illorum ſtabilium, Do-miniumq; ipſum, ipſius Societatis eſt, nec ad aliquẽ alium iure aliquo proprie-tatis pertinet proprius harum rerum v-ſus. Quòd ſi pauperes ſunt in communi, ex Inſtitutione ſua, etiam his non obſtan-tibus; quænam eſt illa paupertas, aut in particulari aut in communi, quæ pro ſu-ſtentatione vitæ delicatiſsima & lautiſsi-ma omnia mendicando quærit, pro qui-bus Regale aurum non ſufficit; & pro ne-ceſſarijs ſtudentium, quibus libellus cum atramentario & calamo deberet ſufficere, procurat, modis etiam ſcandaloſis & vi-olentis, reditus annuales totius Mundi?

Nam ſatis pro hac re eſſe dixiſſe eos, hùcusq; non eſt auditum. Tædet me iam iſtorum vt fatear ingenuè tibi: Et cum in hæc vel ſimilia loca aut confabulando, aut ſtatum Æccleſiæ Catholicæ meditando, incido; occurrit mihi illud Iob, interno dolore dicendum: Cur natus ſum? cur exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Quare proiectus ab vulua, non ſtatim perij? Fuiſſem quaſi non eſſem de vtero translatus ad tumulum. Nam quòd Æccleſia Catholica, ab eo præcipuè tempore, quo hæreſes emerſerunt & orti ſunt iſti, Eccleſiaſticos ſuos, Religioſosq; cæteros, ita videatur non curaſſe, & deſtituiſſe, vt iſtis ſolis liberum fuerit, vt ita dicá, dogmatizare, & vt verè eſt, cunctos calcando, Priuilegijs & immunitatibus ſuis, laſciuire & inſultare; res eſt luctu & lamentatione dignisſima; vt quæ alijs animos, diligentiam affectionemq; ademerit; iſtis confidentiam temerariam pepererit, maximamq; arrogantiam. Vndè, faxit Chriſtus ne quod prudentiores & Zelantiores Catholici verentur, eueniat.

IESVITA.

Videris, Domine mi, Collationes aut comparationes iſtas Patrum abſoluiſſe.

CANONICVS.

Et quidem nulla miracula in eis dixi, ſed neq; tu dicere aut conqueri poteris, quòd aliquem illorum, flagitij aut facinoris exprobratione, petiuerim; vt detractores imprudentes & immodeſti ſolent facere, de vnius peccato totam Familiam contaminare & diffamare conantes.

IESVITA.

Feciſſes vtinam potiùs ſic, aut hæreticorum more calumniatus eos fuiſſes, fuiſſet certè tùnc facilior repurgatio.

CANONICVS.

Abſit hoc à me, vt aut Chriſtianam verecundiam, aut veritatem Catholicam velim deſerere. Catholicus ſum: & quæ dico non niſi ad Catholicorum profectum dicta eſſe vellé. Quòd ſi quid acrius & vehementius profero, partim certè ridendo fit: (vt quando eos me deſiderare ſuſpenſos aut ſtrangulatos aut peſtem eſſe, & ſimilia dicò) partim verò vi rationis & veritatis commotus facio; Nam omnia

hæc

hæc puto me, cum bona & ſana conſcien-tia perſequi & ità ſe rem habere; niſi tu cui iam me auſcultatorem trado, aliud docueris.

IESVITA.

Itaq; ex parte tua, exhauſta materia iſta eſt.

CANONICVS.

Cum reſponderim ad interrogata tua illa tria capitalia, expoſuerimq; primum & ſecundum abundanter vt puto; pro tertio, ſatìs mihi videtur pronùnc iſtum Decalogum texuiſſe, quo conſtent iſtorum Legalia reprobanda.

IESVITA.

Nihil permittes de Priuilegijs, Conceſsionibus & Bullis Pauli tertij, Iulij tertij, Pij Quinti, Gregorij decimi tertij, in reſponſionem & defenſionem adduci?

CANONICVS.

Speciale & nouum ſi aliquid ex Sixto V. adducere potes, id permitto. Alioqui nihil penitùs: nam præter quàm quòd, ijs laterem lauabis vt dicitur, cum omnia illa Indulta, procurata inſtaùter & impe

Qui Pōtifex ſuita: ti ſciuiam primere

trata artificiosè eſſe per ipſos, etiam in ipſa ſua Inſtitutione, manifeſtum ſit; ego fundamentis realibus & rebus ipſis quas popoſciſti à me, te hùcvſq; docui, & tu per eandem rerum naturam quàm, vt ſuperius dixi, ſecutus ſum, me debes nunc edocere, ſi potes.

IESVITA.

Sed quis tandem finis ſi ità ego procedo?

CANONICVS.

Loquere vſq; ad diem Iudicij: ego nec Mù faciam quoàd vſq; dicendo deſiueris.

IESVITA.

Ego verò neq; propter hanc promiſſionem, me credam tibi.

CANONICVS.

Nec ego certè contra hanc fidem credam in te.

IESVITA.

Igitur: In vanum laborauerunt.

CANONICVS.

Rectiſsimè quidē. Nam vana ſunt omnia

nia illorum, per Ariſtotelicam definitionem vani, quod tale eſt cum ad aliquem finem ordinatum, ad illum peruenire nō poteſt; qualia ſunt Statuta quæ ad finem, quem falsò promittunt, non perueniunt.

IESVITA.

Artifex es retorquendorum dictorum: At illa alluſione volebā dicere, quòd cum tu adeò obfirmato animo, & mordicùs teneas opiniones tuas circa hæc, aërem ego verberaturus ſim, quantùmcunq; efficacibus reſponſionibus & prolixis diſcurſibus, ſenſa tua refutare laborauero.

CANONICVS.

Gutta cauat lapidem. Concreſcat iam in pluuiam doctrina iſta tua. Fluat vt ros eloquium tuum. Quid differs? Edic. Nullius eſt conuerſio deſperanda.

IESVITA.

Porrige nunc dextram mihi.

CANONICVS.

En illam tenes: quid noui eſt?

IESVITA.

…ota, eru… …cētis hyp… …rytæ …udulen… …m vul… …am ve… …ꝫ Ieſui… …um.

Niſi Ieſuita eſſem, qualem me palàm confiteri iam libet, amico; me paulòminus conuertiſſes tu. Tantam habent dicta tua vim: Tam acuto es ingenio præditus. Sed precor, Domine mi in Chriſto chariſsime, vtere potiùs donis & gratijs Dei quæ ſunt in te, in ędificationem, non in deſtructionem honoris & famæ, iſtius ſanctiſsimæ Religionis, quæ in alium finem per primos illos ſanctos Patres, inſtituta non eſt, quàm in augmentum Fidei & cultus diuini, atq; in obſequium & vtilitatem Catholicæ noſtræ Matris Æccleſiæ. Cogita tecum, quòd ſicut (ingennè fateor) mouiſti aliquo modo me in neſcio quæ dubia & ſcrupulos neſcio quos, cum alioqui á multis annis Ieſuita fidelis ipſe ſim; ſi apud alios in eum mudum te geras, concipient ſine dubio de nobis & contrà nos, id quod ſub dubio etiam debes habere tu, cum mortalis quoque ſis, qui aberrare à recto iudicio potes, humanum fortè aliquid paſſus. Nam quòd ego iam vellem ex ordine dicta omnia repetere & repercutete, (vbi præſertim rationes perſuaſorias omninò, quas ſolas res ipſas appellas, vis,) aut fortaſsè non tantæ perſpicuita-

cuitatis & eruditionis ſum, (quod non diffiteri volo) ſeu certè tu non eris tantæ patientiæ.

CANONICVS.

Ne mihi iſta excuſatione caput obtundas, de partle diable, aut per Deum: Dixi iam centiès tibi, quòd volo ſarcire os.

IESVITA.

Ne ſic excandeſcas, rogo, Domine mi chariſsime in Chriſto; ſit iam vt tu vis, quòd penitùs nihil ego habeã dicendum contrà. Illud tamen iterum atq; iterum obteſtor, vt poſthàc Patribus Societatis Ieſu mitior ſis, in gratiã ſaltèm mei, quem Dominus voluit eſſe tibi ſocium itineris adeò periculoſi & prolixi.

CANONICVS.

Qualis tu homo es, Pater mi colendiſsime? Illuſiſti certè me, ac decepiſti non minùs quàm iniurié. Potui quidem licentiùs aliquid locutus fuiſſe in Religionem tuam, de quo me nunc pœniteret, & te haberé offenſum irreconciliabiliter. Sed lætor quod nil niſi cum veritate, ratione & probatione dixerim. Cæterùm ſicut ti-

bi ex animo immenſas gratias ago, quòd volueris innoteſcere mihi, ità promitto quòd quantum erit in me, amicè poſthàc in gratiam tui res huius tuæ Religionis tractabo, modò non, de veritate interrogatus, coactus fuero reſpondere. Nam, Amicus non niſi vſq; ad Aras.

IESVITA.

Benè ſit: verà potes & debes quibuſuis interrogantibus referre, ſed Stylum etiam premere & amplificationes arctare, prohibebit nemo.

CANONICVS.

Eſto bono animo: Scio quid cupias, nempè vt latrocinia veſtra occultem, & Infidelis cum Propheticis illis Principibus ſim, ſocium furum.

IESVITA.

Iterum incipis ſcurram agere. At, ſi ridendum eſt, & ſi fures ſumus, iam tu quidem ſocius meus es. Et videas ne ex me periculum aliquòd tibi immineat, ſi non ad honeſtatis normam redigas verba tua.

CANONICVS.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Nec

Nec mihi vllus timor eſſe poteſt à te, poſtquàm ſanctiſsimæ huius Religionis te ſectatorem propalaſti, quæ omnibus, etiam indignis, eſt mitiſsima & pientiſsima.

IESVITA.

Ità dicere debes.

CANONICVS.

Ità dico. Putabas me fictè, vt vos Vota veſtra émittitis, talem modum de ea loquendi promiſiſſe.

IESVITA.

Scilicèt. Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam.

CANONICVS.

Mutate veſtras vos: Sed valeant iſta tandèm; materiam nobis formemus dulciorem.

IESVITA.

Valeant, ea conditione, quòd ſtandum promiſsis eſt.

CANONICVS.

Standiſsimum. Nihil dubites.

FINIS.

ERRATA TYPOGRAphica ſic corrigito.

In fine primi Dialogi habetur Gillagium, & bellè, pro Villagium, & velle.

In ſecundo Dialogo in principio hiſtoriæ de Claſſe victa, habetur Marbionem, & confeſſum, pro Marchionem & confoſum, Et poſt duas paginas, Famulæ pro Familiæ, & Begia pro Regia, Et Paulò poſt: tuæ & mouenti, pro ſuæ, & merenti; & ſtatim eſt Paragraphus inſulsè & barbarè conſtitutus.

In tertio Dialogo poſt quatuor paginas habetur: denaria, pro denariorum. Deinde poſt tria follicula; poſſum, pro poßim.

Si quid verò aliud ſit, per ſe facilè patet, vt eſt quòd pagellarum ſupputatio incipiat ab vnitate, in quadraggeßima nona, indicibili, per breuitatem, occaßione erroris.

F I N I S.

DANTISCI,
GERARDVS PESSVS
EXCVDEBAT.

ANNO

M. D. XC V.

by Google